



70

9.

a. p. b. 8/9

Q. D. B. V.

AVSPICIIS

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS REGII AC DOMINI,

DN. FRIDER. AVGVSTI,  
ELECT. SAXON. HEREDIS, ETC. ETC.

# CONRADVM KAVFFVNGVM

VVLGO

Kunß von Kauffungen/  
RAPTOREM PRINCIPVM

PRAESIDE

D. HENRICO LEONARDO  
SCHVRZFLEISCHIO

HISTOR. PROFESS. PVBLICO, CONSILIARIO SAXO-VINA-  
RIENSI, ET PRINCIPALIS BIBLIOTHECAE DIREECTORE,

DOMINO, PATRONO ET PRAECEPTORE SUO  
SVMMA ANIMI RELIGIONE COLENDO AC OBSERVANDO,  
PVBLICE SISTIT

AVCTOR

M. PETRVS KVNZIVS

CROTENDORF. IN HERMVNDVRIS.

X. CAL. FEBR. 1717.

H. L. Q. C.

---

VITEMBERGAE, PRELO CREVSIGIANO. 1717.

M. S. C. 2

# ОДЯКОНІ ОДІЯКИ СІНІВІДНІЧНОВ

СВЯТИХ СВЯТЫХ

DISSERTATIO HISTORICA.  
DE  
**CONR. KAVFFVNGO.**

## APHOR. I.

**C**ONRADVS KAVFFVNGVS, ( $\alpha$ ) nobili genere in Osterlandis ( $\beta$ ) natus, et imprimis in aula Friderici II. Saxonum Electoris conspicuus, ( $\gamma$ ) tantam omnibus sui suarumque uirtutum admirationem iniecit, ut nulli praestantissimorum suae aetatis Heroum uel pacis, uel belli ( $\delta$ ) artibus cessisse uitus sit.

( $\alpha$ ) Appellatur is alias ab *Aenea Sylvio Conradus Rauses*, quem tamen *Freherus* T. II. *Rer. Germ.* p. 70. supponendo *Conradum de Kauff* in glossa marginali corrigit. Postremam hanc nominis significationem retinent *Paulus Langius in Chronic. Citizens.* apud *Pistorium* T. I. *Rer. Germ.* p. 865. *Huldrichus Mutius* apud eundem T. II. p. 301. *Nauclerus Chronogr. Vol. II.* p. 1097. *Spangenbergius* im *Ade l Spiegel P. II. L. XI. c. 31.* p. 220. *Sebast. Francus* im *Deutschen Chronic* p. 256. excepto *Bothone*, qui in *Chronic Brunsuicensi picturato* apud *Illustrem Leibnitium* T. III. *Scriptor. Brunsuicens.* p. 400. nostrum *Canze van Kauffinge* uocat. Ceteri communem appellandi notionem seruant.

PARENTES Kauffungi pro profunda aei*u* istius caligine a nullo Scriptore illorum temporum aequali recensentur: unde nec mirum, quod recentiores, *Peccensteinius*, *Henningius*, *Spenerus*, *Imhofius*, aliique, qui alias insigne artis Heraldico-Genalogiae studium excoluerunt, de origine, cognatis, ac natalibus Kauffungianis parum, uel nihil prorsus, praeter *Georgium Fabricium*, tradiderint. Hic enim L. VII. *Origin.* p. 773. Conradi huius necessarios et consanguinitatis uinculo eidem coniunctos, tres numero, commemorat: **HILDEBRANDVM** scilicet **EINSIDELIVM**, aulae Fridericianae Mareschallum, cuius sororem noster thalami sociam sibi elegerat, tum **NICOLAVM SCHONBERGIVM** pariter affinem, et denique **HVGOLDVM SLEINICIVM**, qui Sorore Kauffungi in matrimonium ducta utramque familiam eleganti nexu copulavit.

Inter **FRATRES** idem ille **DITERICVM**, Nobilem Osterlandum, non ultimo loco habuisse dicitur, qui petulantia linguae deceptus id impetravit, quod iis, qui Principum superiorum animos proteruis hinc inde dicteriis laceſſunt, iure meritoque euenire solet, de qua re in *altera de Supplicio ac morte Kauffungi Dissertatione* acturi sumus.

Tandem, quod **AGROS** ac **PRAEDIA** Equitis nostri attinet, obseruetur uelimus, prae ceteris tum arcem **CORAM**, quae *Penicum* et *Frobergum*, tum **CALENBERGIVM**, quod *VValdeburgum* et *Penicum* in *Misnia* interiacet, a *Georg. Fabricio* L. VII. *Orig.* p. 770. referri: a quo tamen *Albinus*, posteriore omisso, quod alteri Kauffungo adiudicat, dissentit. uid. *Meißnische Land-Chron. Tit. XXI.* p. 269. His, si quis clientelam Kauffungen adiicere uellet, ille nos minime dissentientes experiretur: Siquidem ipse Conradus in *Apochia quadam, inferius producenda*, se Dynastam huius agri profiteri non ueretur. De reliquis, utpote **CRIEBENSTEINIO**, **SCHVVICHERS-**

CKERSHANIO, aliisque, sub certa lege ei donatis suo loco dicemus. ISENBERGVM, arcem in Bohemiae finibus sitam, quam nonnulli *Risenbergum* nuncupant, Conradi nostri imperio paruisse, et illuc, cum aula Friderici II. se electum nosset, assumptis coniuge liberisque suis, confugisse, *Fabricius* testatur l.c.

(β) MISNIA, probatae fidei Historicorum testimonio in quatuor uulgo diuiditur *partes*, quarum *una Misnia*, speciatim sic dicta, Muldam Albimque, altera Osterlandia, Muldam et Salam, *tertia Plisnensis ditio*, Elystrum et Plissam fluuios circuitu suo complectitur, *quartam denique metallifer tractus* constituit. Altera ex his passim uariis nominibus uenit, ita quidem, ut vel *Terra et Misnia Orientalis*, vel *Libonothia*, seu *Libonotria*, vel denique *Ostlandia*, respectu habito ad Thuringos, quibus Orientem uerbus finitima est, appelletur. Eadem illa regio quondam latiori, quam quidem quis existimet, termino circumclusa fuit; teste enim *Albino*, illae olim prouinciae sub Osterlandia comprehensa sunt, quas hodie Plauensium, Gerauiensium, VVeidensium, VVettinensium, Illeburgensium, Rochlicensium, Penicensium, Coldicensium, Leisnicensium titulis insignimus, quibus *Tobias Beutelius* oppida Numburgum, Halas, Sorbigam, Delitiumque addere non dubitat, P.II. *Cimel. Geogr.* p.173. Hodie tamen easdem et terras et urbes in unum Misniae corpus coalusse satis liquet: ubi tamen loca, quae partim Saxoniae, partim Varisciae subinde inserta fuerunt, exceperis.

(γ) In hac enim splendidissimo, quod sibi meritis suis pepererat, muneri admotus fuit. Ipse Fridericus Elector in literis inferius allegandis Kauffungum arcis Altenburgicae Praetorem et Praefectum nominat, quem tamen urbi, non arci, praepositum esse, *Disputator Lipsiensis*, quem *Summe Reuerendus DN.D. RECHENBERGIVS* praesidio suo dignari uoluit

luit, falso putat, contra quem legatur *Antonius VVeckius* in *Descript. Dresdæ* P. II. Tit. I. p. 167. Reliqui ipsum Fridericianaæ aulae Magistrum dicunt, e quorum numero est *Albinus* Tit. XXI. p. 265., quem sequuntur *Spangenbergius* in *Adel Spiegel* P. II. L. XI. c. 31. *Andr. Mollerus* in *Annal. Freib.* p. 99.

(d) Non toga tantum, uerum etiam sago inclutus noster ceteros longo post se interuallo reliquit. Extant eam in rem tot uirtutis Kauffungianaæ specimina, tot tantaque apud exterios etiam elogia, ut eum uel *bellicae rei peritum*, manu *promptum* et animo *imperterritum*, (ab *Aenea Syluio* I. supra cit. *Nauclero* I. c. *Munstero Cosmograph.* L. III. c. 426.) uel hominem multarum rerum usu peritum et diu in multis bellis exercitatum, (ab *Huldricho Mutio* I. c.) uel einen weidlichen, lustigen und verschlagenen Ritter, (a *Cyriac. Spangenbergio* Libr. cit. c. 31. p. 220.) praedicari passim uideas. Hinc parum abest, quin illud, quod

L. III. E- *Scaeuela Sammarthanus* alias in communi de prosapiis Illustrigior. p. um: *Splendido et Equestri sanguine genitis non modo belli studia,*

48.

*sed etiam pacis artes conuenire*, pronunciauit, iure meritoque de Kauffungo dice posse palam profiteamur. Quem enim fugiat, quanta peritia, quanta animi contentionе sub signis Noricis aduersus Albertum Brandenburgicum Anno MCCCCXLIX. steterit. Bellum, cui intererat, graue, atrox et periculis plenum *Aeneas Sylvius* apud *Freherum* T. II. *Rer. Germ.* p. 78. describit: *Albertus*, ait, cum Norinbergensibus bellum intulisset omnes fere Teutonicae (i. e. Germaniae) Principes ad se traxit: *Ciuitates uero Norinbergensibus suppetias misere.* Graue id et atrox bellum fuit, in quo tot potentiae occurrentes infensissimis odiis biennio certauerunt. Nouem praelia commissa feruntur, ex quibus octo uictor *Albertus* confecit, in uno tandem uictus succubuit, nec de pace conuenit, nisi postquam exustis agris, attritis uillis, abactis pecoribus, ruricolis interfectis, commeatus ac pecuniae contendens-

tendentibus defuere. Tum quoque pax ex Alberti sententia magis di-  
cta. Strictim haec Paulus Langius in *Chron. Citizens.* apud Pistor.  
T.I. Rer. Germ. p. 862., rotundius uero *Chronicon Elwangense*  
apud Freher. T.I. Rer. Germ. p. 463. persequitur. Quo inconstan-  
tior autem, quo ferocior belli facies, eo robustior virium cor-  
porisque ratio, eo firmior illius animus sit oportet, qui se tot  
uariae fortunae insultibus exponere non dubitat. Sapienter  
*Sallustius in Catilina* monet: *In praelio semper lis maximum pe- c. LVIII.*  
*riculum, qui maxime timent: audacia pro muro habetur.* Vtrum-  
que in Kauffungo nostro, eleganti quasi in compendio, eluce-  
bat, ut adeo facile factum, quod, collatis Superiorum suffra-  
giis, Noricorum militum Dux et Praefectus fuerit constitu-  
tus; id quod pariter docent *Fabricius Orig.* L.VII. p. 770. *Albi-*  
*nus tit.* XXI. p. 265. *Spangenbergius l. c. Mollerus in Annal. Frei-*  
*berg.* p. 102. *Martinus Zeilerus*, uetus alicuius Chronici No-  
rinbergensis MSC. fide nixus illud etiam de eodem addit,  
quod *Albertum Brandenburgicum* manu sua ceperit, postea clam  
libertati restitutum. uid. *Germaniae Nov-Antique* P. I. c. VI. p.  
147. Cum igitur hactenus Conradus exteris studium suum  
comprobasset, ecce, etiam domi eidem, amplissimus laudem  
armis partam latius spargendi campus, ortis inter Fridericum  
et Vilhelmum fratres dissidiis, aperitur. Quo autem eo cer-  
tior constet mutuae dissensionis feroe, non inepte nos actu-  
ros esse existimamus, si rem, ut aiunt, ab ouo exorsi, et uniuersi-  
fam belli huius intestini historiam, succinete saltem, complexi  
fuerimus. Hinc, reliquistantisper relictis, fraternalum con-  
tentioñ fomitem ac causam primariam ex tot tantisque  
aliorum odiis profectam esse statuimus. Cum enim anno  
MCCCCXL. (*Fabric. L.VII. Or. p. 754. ann. MCCCCXXXIX. con-*  
*stituit,*) **FRIDERICVS PACIFICVS**, *Balthasaris Landgrauii fili-*  
*us, virili stirpe destitutus, mortem oppeteret, Thuringiae*  
*regiones affinibus suis FRIDERICO et VILHELMO, fratribus,*  
quippe

quippe *Friderici Bellicosi* filiis, tradidit. Lubet hoc loco, maioris lucis affundendae gratia, ex *Sebast. Mulleri Annal. Saxon.* propagines aliquorum interspergere :

FRIDERICVS	GRAVIS,				
<i>Landgrav. Thuring.</i>	<i>Marchio Mifn.</i>				
FRIDERICVS STRENVVS	BALTHASAR,				
<i>Landgr. Thur. et March. Mifn.</i>	<i>Landgr. Mifn.</i>				
VILHELMVS. FRIDER. BELLICOSVS, FRIDER. PACIFICVS	VILHELMVS,				
<i>Marchio Mifn. post E-</i>	<i>March. Mifn.</i>				
<i>le&amp;f. Saxon. Conj. Catha-</i>					
<i>rina, Brunsvicens. + anno</i>					
1428.					
FRIDER. PLACIDVS	SIGISMUNDVS	HENRICVS	VILHELMVS	ANNA	CATHARINA
<i>Elector, nat. d. 24.</i>	<i>nat. d. 28. Feb.</i>	<i>natus d.</i>	<i>ndt. d. 30.</i>	<i>Iudovici</i>	<i>Fridericii Ele</i>
<i>August. anno 1411.</i>	<i>1416. fit Episc.</i>	<i>22. Jul.</i>	<i>Apr. 1425.</i>	<i>Hassiae</i>	<i>ctoris Bran-</i>
<i>+ d. 7. Sept. anno</i>	<i>Herbipol. anno</i>	<i>1422. †</i>	<i>+ d. 17. Sept.</i>	<i>denburg. Con-</i>	
<i>1464.</i>					
<i>1440. † 1443.</i>	<i>1435.</i>		<i>anno 1482.</i>	<i>Coniux †</i>	<i>iux † 1441.</i>
					<i>a. 1492.</i>

Hi

Hic fratres eas Thuringiae terras aliquandiu indivisim gubernaverant, donec tandem anno MCCCCXLV. consilium easdem dividendi, instinctu aulicorum quorundam, Georgii Bebenbergii, Electoris Ministri, & Apollonii Vicethumii, Vilhelmi Consiliarii, capiunt, conf. Fabric. Orig. Sax. L. VII. 707. His Spangenbergius P. II. des Adel-Spiegels L. XIII. c. 55. p. 415. ex Vilhelmi parte Bernardum de Kochberg, Fridericum de Vizleben & Bussonem Vicethumium, ex altera vero Friderici Kirstenium de Vizleben, Hermannum de Harras & Rudolphum de Buhnau annumerat: quibus & adhuc alios Anton. VVeckius, Iohannem Magdeburgium scilicet & Fridericum Hopffgartium, adiungit, in Descript. Dresd. P. II. Tit. I. p. 119. Imprimis vero APOLLONIUS modo nominatus ubivis veluti communis patriæ pestis, & luctuosi hujus dissidii autor perhibetur. Inde Æneæ Sylvio fraternalum discordiarum incensor, & Paulo Langio in Chron. Citizens. l. c. p. 862. Patriæ proditor audit. Igitur Vilhelmus, amore Thuringiam habendi incensus, æquali, ut videbatur, lance provincias dispertitur, quo facto, Fridericus Thuringiam elit, Vilhelmo, invito quidem, Misniam adscripturus. Hinc, neutro Principum cedente, sensim sensimque res ad vim spectare cœpit, haud dubie in grande regionum exitium eruptura, nisi variis subditorum conventibus & Procerum quorundam singulari dexteritate Halæ Saxonum utrique fratrum induciæ & pacis aliquot conditiones oblatæ fuissent. vid. Fabric. Orig. l. c. Albinus Tit. XX. der Meissnischen Land- Chron. Spangenbergius in Chron. Mansfeld. c. 328. fol. 381. Mollerius l. c. Post hæc Fridericus, Elector fratrem Vilhelmum, ut Vicethumios aliquosque intestinos hostes a se removeret, semel iterumque aggreditur, quod cum nulla ratione ab eo impetrare posset, Elector eodem tempore, anno scilicet MCCCCXLVI. mense Iunio, quo Vilhelmus Annam, Alberti Imperatoris filiam, Ienae matrimonio sibi iungi con-

B

stitue-

stituerat, diem, negotiis pro salute publica expediendis destinatum, Lipsiam, praesente Nobilitatis Misericordia corona, solenni ritu indicit. Iis igitur in comitiis Apollonius unanimi Primorum plebeiorumque consensu prodictionis criminis reus declaratur; quo facto ipsius arces & pagi a Friderici Placidi milite, contra vero Hermanni de Harras & Vizlebii praedia a Vilhelmi exercitu, Vicethumio opem laturo, hostilem in modum infestari coepta sunt. Tandem vero anno sequente MCCCCXLVII., Friderico Brandenburgico & Ludovico, Hassiae Landgravio, autoribus, eo res peruenit, ut inter utrumque fratrem, seposito paulisper armorum strepitu, denuo inducæ adornarentur. *Conf. Moller. in Annal. Freib. p. 94.*  
*Fabric. l.c.* Nec hæc quidem animorum fraternorum compositio subditis Principium constans vel perpetua fuit; Si quidem anno MCCCCXLIX. iterum tristi & lamentabili regionu in fato evenit, ut belli hujus scintillulæ, hactenus sub cineribus vix sepultæ, in horrendum abierint incendium. Eo enim tempore duo Comites Suarceburgici, HENRICVS & GVNTHERVS inter se pacti erant, ut alter alterius, qui non relicta virili stirpe decederet, bonis ac fundis potiretur. Henricus *Arnstadium & Sundershusum*: Güntherus *Suarceburgum & Blanckenburgum* possedit. Ille vita defunctus & nominis & opum heredem reliquit: *Hic* gravi jam senectute confectus, cum sibi prolem promittere non posset, vi institutæ legis Henrico juniori facile suas ditiones tradidit. Ille autem, tanto divitarum confluxu elatus, Guntherum nimis sordide habendo id effecit, ut ea, quæ nuper admodum obtinuerat, Friderico II. Saxonum Electori adscripta esse tandem compertus sit. Princeps igitur, acceptis a Gunthero agris sine ulla mora HENRICVM GERENSEM Suarceburgopräficit, quod cum alter Henricus inique ferret, eamque injuriam armis a se propulsaturus, in fines Gerensis colle-

ctaju -

Et a juvenum manu excurreret, Elector Præfecto suo suppeditias tulit, cum contra Vilhelmus, frater Friderici Placidi, Henricum Suarcebburgicum & consiliis, &, quantum poterat, copiis suis adjuvaret. vid. *Fabric. Orig. L. VII. p. 762. Albinus Meissn. Land-Chronid. Tit. XX. p. 259.* aliique. His rebus ita constitutis, tantis fraterna pectora invicem odiis accusata fuere, ut non fratres, sed infensissimos & longe remotos Scythiæ populos mutuis sese præliis attrivisse putas. Fridericianæ enim militiæ Dux, *Hermannas de Harras*, longe latenteque per Thuringiam vagabundus, tanto, quo venit, furore grassatur, ut & unius diei (15 Iulii) spatio sexaginta pagos in flamas & cineres redigisse dicatur. *Fabric. c. l. Moller. Annal. p. 96.* Vilhelmus, ne forte ferias ageret, advocato nuper in auxilium *Alberto Brandenburgico*, pariter cum Bohemorum Duce, *Georgio Podiebradio*, socia arma jungit: Inde per Miniam diffusus itidem, qua modo via patet, oppida ac vicos ferro & igni miscet. Mox conjunctis viribus, (nam uis unita fortior,) GERAM, urbem Variscorum haud ignobilem, & tum temporis satis munitam, pugnaci militum turba circumcingit, eandemq; demum, anno MCCCCL., die, qui S. Galli fastos præcedit, ubi iam omnis eluctandi spes obseffis præclusa, violentiæ impetu expngnat. *Conf. Hagec. Chron. Bohem. P. II. p. 153. Fabricius l. c. Albinus Tit. XXI. p. 265. Mollerus l. c. Henricus Gerensis*, Præpositus urbis, quem *Langius Baronem de Geraha* vocat, in Bohemiam captivus abducitur, ibidemque in custodia duobus annis post decedit, in *Chron. Citicens. apud Pistor T. I. Rer. Germ. p. 368. Fabricius l. c. Fridericus quidem, angustis Gerensium rebus consulturus, CONRADVM KAVFFVNGVM et NICOL. PFLVGIVM, assumpto agmine, ad se festinare jussit, ut hostes adventus suo eo facilius a proposito deterreret. Sed quanto plus consilium Principis ex conatu antea tanto minus, interceptis ab hostibus Kauffungo & Pfugio, (quo-*

rum uterque quadringentos equos ducebat, ex successu habuit. *Conf. Autores supra citati.* Eodem tempore, cum quidam rei tormentariæ in castris Friderici, ad Geram fixis, Præfectus Electori, se, si id fieri vellet, Vilhelnum globo trajectorum esse promitteret, Princeps, pia animi indignatione motus, recusavit hosce militis conatus, dicendo: *Transfigas licet letho missili, quemcunque velis, modo a fratre nostro manus cohibeas.* *Conf. Fabric. L. VII. Orig. p. 765. Albin. Tit. XX. p. 258. Moller. Annal. Freib. p. 97.* Quae verba cum ad Antistitem Moguntinum, *Ditericum*, delata essent, ille Fridericum III. Imperatorem eo usque precibus suis defatigavit, donec, Legatis in utriusque castra missis, & additis cognatorum monitis, id præstaret, ut non tantum reparandæ quietis publicæ spes exorta, verum etiam paulo post eodem anno MCCCCCL. *Mulhusæ*, tot superatis cladibus, Misniæ Thuringiæque incolis pax ipsa reddita fuerit. *Albin. Tit. XX. p. 258. Fabric. l c.* Pacis factæ tempus aliòqui ad annum MCCCCCLI. *Paulus Langius in Chron. Citicens. apud Pistor. l. c.* revocat. *Mollerus in Annal. Freib. p. 97.* Fridericum primo cum fratre Vilhelmo Numburgi et Portæ, tum temporis Patrum cucullatorum domicilii, collocutum placide, deinde vero *Mulhusæ* concordiam restitutam fuisse, pronunciat. Sedatis fratrum animis, tantum abfuit, ut incensores tot calamitatum, *Vicethumii*, communi Reipubl. commodo ac tranquillitati studuerint, ut potius postea Burgundionum Legatos, ad Principes Saxoniæ missos, protervo audaciæ spiritu fascinati, in Thuringia comprehendere, eosdemque in armes suas captivos ducere non vererentur, *Peccenstein. Theatr. Sax. P. I. c. 18. p. 39.* Hinc Vilhelmus, illata in hospitibus injuriam ulturus, cum variis eosdem, eorundemque opes præliis labefactasset, illi tandem anno MCCCCLI., relictis agris ac arcibus, tum in Thuringia, *Dorenbergo* scilicet, *Cambergo*, *Rosla*

Rosla, Gleisbergo, Stalburgo, Heshusena: tum in Misnia, Lichtenvalda, Cribensteinio, aliisque, partim in Bohemiam, ut ipse Appollonius, partim in Lusatiam, exules configiunt. Adeatur *Aen. Sylvius l. supra cit. Langius apud Pistor. p. 863. Peccenstein. l.c. Moller. Annal. Freib. p. 99. Fabric. Orig. L. VII. p. 768.* Ex his patet, quam subiti & vehementes temeritatis impulsus sint, quorum ictibus hominum mentes concusse, nec sua pericula dispercere, nec aliena facta justa estimatione prosequi valent, quemadmodum bene *Valerius Maximus* loquitur. Vbi tamen singulos, quicunque demum illi sint, in praesenti monitos volumus, ne existiment, ac si horum degenerum culpa universo & splendidissimo Vicethumiorum stemmati labes aliqua, quæ se ad omnes posteros extenderet, fuisse aspersa. Absint a quolibet hæc opinionum deliria! Nos sane de hac insigni prosapia, quippe tot Majorum meritis fulta, tot tantisque, in quas se diffudit, aliorum Nobilium cognationibus superba, longe modestius sentimus. Dum enim FRIDERICVM VICE-THVMIVM, at quantum Virum! paulisper intuemur, certe nihil obstat, quominus eundem selectum omnis Nobilitatis exemplar, omniumque uirtutum, quæ & bello & paci debentur, compendium nominemus. Erat is, ut plurimi tradunt, Vilhelmo, Landgravio Thuringiæ, ab intimis Consiliis, adeoque aulæ ipsius primum facile maximumque Sidus, quod ceteros, veluti minorum gentium, stellas, & muneras, & prudentiæ splendore longe superabat. *Conf. Peccenstein. Theatr. Sax. P. I. c. 18. p. 300. Moller. Annal. Freib. p. 99.* ab eo postmodum varii Vicethumianæ domus Heroës originem duxere, qui, si quiquam alii in Nobilium censu, laudabilem saepe Germaniæ Principibus operam præstitere. Inter hos nostra ætate effulget Vir Illustris, Excellentissimusque DN. FRIDERICVS VICETHVMIVS, qui ad POTENTISSIMI SARMATARVM REGIS & ELECTORIS NOSTRI Sacratissimum

Iatus nullo non tempore, velut Argus, excubat, eoque ipso  
magis magisque patriam nostram sibi devincit. Reliquos  
**GENTIS VICETHVMIANAE** Statores & antiquissimos e-  
jusdem natales, cùm hic eos persequi non aptum foret, com-  
modiori tempori ac publicari Exercitationi, nî spongiam  
meremur, reservamus.

## II.

**I**dem ille Kauffungustantam suonomi-  
ni ac famæ, commisso PLAGII<sup>(ε)</sup> cri-  
mine, inussit maculam, quam nec lon-  
ga temporum seculorumque devo-  
lutione, nec ullo quovis modo ex-  
pungi, eluive posse statuimus.

(ε) PLAGII vocis incunabula inquisituris varia sententi-  
arum divortia sese nobis sistunt. Alii hanc, alii illam defen-  
dunt. Nonnulli enim a πλαγίως, quod *Suidas* per τὸ Δολίως,  
interpretatur; quidam vero, ut *Isidorus L. X. Etymol.* ἀπὸ τῆς  
πλαγίας, quia obliquis artibus & dolis plagiūm perpetretur;  
alii denique e LATIO deducunt, dicendo, criminis huius re-  
um olim, vi legis Fabiæ, PLAGIS punitum fuisse. Vnde  
cunque demum derivetur, nobis idem est, nec hisce talibus  
ut diutius inhæreamus, ipsa nos exigui momenti res admo-  
net. GRAECIS vitium ipsum dicitur αὐδραποδισμός, plagiari-  
us vero, qui *Tertulliano L. I. adu. Marcion.* plagiator audit,  
αὐδραποδιστής, ἀπὸ τῆς αὐδραποδιζεθαί, quod alias in servitutem  
rapere, mancipio dare &c. denotat. Ita *Plato de Republ.* οὐ  
αὐτοῖς αὐδραποδισάμενοι δελώσηται. *Gaza de Senect.* ηγδραπόδισαί μηδενί.

Plutar-

Plutarchus autem in *Ant.* idem figurato significandi modo adhibuit: Εξηδεαποδισμένον κομιδὴ τοῖς μυρτοῖς ἡλάντοις. Haud raro tamen etiam de furto & raptu hominis usurpari videoas. Lex, qua plagiī crimen coercebatur, Δγλοπαλείας nomine venit. Porro quod ipsum PLAGIVM, in foro consideratum, attinet, optime istud per *crimen publicum*, quo *liber homo*, vel *servus alienus*, *dolo malo*, cum, *vel siue violentia* supprimitur: *sive ille surripiatur & abducatur, sive pretii redemptionis lucrandi animo, similiue intentione celetur*, describitur. Conf. C. ad L. Fab. de Plagiar. l. 7. l. 14. &c. & ff. h. t. l. 3. l. 6. §. f. Vnde facile perspicimus, hic omnino ab eo crimine absolvendum esse Patrem, detinentem filium in potestate constitutum: imo nec illum plagiī notam incurrere arbitramur, qui hominem ab hoste suis opibus redemptum tamdiu tenet, quamdiu id, quod Iytri loco antea erogaverat, non restitutum sibi videt. *Vid. Schneidevin. in Commentar. ad Institut. L. IV de Interdict. §. Summa autem &c. Tit. 15. de libero homine exhibendo. p. 1021.* Author Etymologici per *Plagiarum* eum intelligit, qui non solum liberos in servitutem rapere, verum etiam servos ab officiis, quibus Heris obstricti sint, avocare auderet: Αὐδεαποδισής σὺ μόνον ὁ Τὰς ἐλευθέρες απάγων εἰς δγλείαν, αλλὰ καὶ τὰς δύλιες απὸ τῶν δεσποτῶν αποστῶν. Prohibitum autem idem illud scelus primum lege divina forensi, utpote Exod. XXI. v. 16. Deuter. XXIV. v. 7. deinde lege *Quiritium Cornelia*, quæ non a Cornelio Syl-la, verum Cornelio Scipione, non multo post bellum Punicum primum, lata, & tantum de liberis hominibus locuta est: denique lege *Fabia*, cuius Cicero in *Orat. pre Rabirio* meminit, a Q. *Fabio Maximo*, autore, ita appellata, quæ etiam ad servos surreptos sese extendit. *vid. hac de re Præstantissimus Academiæ hujus ICtus*, DN. D. GEORGIVS BEYERVS in Position. ad Pandect. speciatim ad L. Fab. p. 647.

*Transgressores* earum legum olim pro ratione delicti nunc levior,

vior, nunc gravior insequebatur pœna. Sic servus, qui liberum hominem abstulerat, ex Constantini decreto, bestiis illico obiectus fuit. Adeatur *Pithæus in not. ad Collat. LL. Mosaic. Tit. XIV.* & ipse C. ad L. Fab. de Plag. Alias vero ob suppressum, vel venditum liberum hominem, humiliores in crucem sublati, uel etiam in metallum dati: honestiores publicata dimidia bonorum multati sunt. Conf. *Wesenbecius in Paratit. ad Digest. L. XLVIII. de L. Fab. de Plag. p. 374.* De *Visigothorum & Frisiorum* pœnis, quas reis hujusmodi infligere consueuerant, consulatur *Lindenbrogius, in Cod. LL. antiquarum L. VII. Tit. 3. Conradum Kauffungum* etiam jure meritoque admissi plagii labem capite luisse, non est, quod dubitemus. Abduxerat enim ille, dolo malo, nesciente Domino, duos liberrimos Saxonie Principes, eo animo, ut iisdem ad alios delatis & venditis, grande sibi lucrum conflare posset. Iam vero si rapto servo ille, qui supprimit aut celat servum, justa morte afficiendus est: quidni & is, qui, singulari audacia instigatus, homines tanta libertate præstantes clam surripere tentavit, pœnas crimine capitali dignas subbeat? Quanto autem augustior, quanto liberior ille habetur, qui subditorum legibus haudquaquam adstrictus, suo sese imperio regit: tanto pejor, tanto grauior illius culpa sit oportet, qui in hujusmodi Principem data opera & omni studio delinquit. Sed cum hæc talia jam pridem prolixius, ac, pro more tanti VIRI, accuratius MAGNIFICVM ac SVMME REVERENDVM DN. D. PIPPINGIVM, *Sacrorum in Aula Regia Electorali Saxonica Antistitem Primarium*, in eleganti de RAPTV LIBERORVM Dissertatione, explicuisse sciamus, merito nos in his acquiescimus, B. L. eo pariter ablegaturi. De PLAGIO LITERARIO legi merentur IACOBVS THOMASIVS in pecul. de eodem, Tractatu, TITIVS in Observationibus ad Compend. Lauterbach. ABERCROMPIVS in Future Aca-

re Academicō, ALMENLOVENIVS in Syllabo Plagiario-  
rum, denique CRENIVS de Furtis Literariis.

## III.

Quae sententia, ut suo robori constet,  
nos in praelenti Kauffungiani scele-  
ris memoriam instaurare, et aliorum,  
(?) qui pariter hac in parte desuda-  
runt, rationes cum nostris conferre,  
easque, si veritati rei convenient,  
amplecti: sin minus, ea, qua decet,  
humanitate vel emendare, vel, ubi  
opus sit, infringere conabimur.

(?) Scriptores de temerario Kauffungi raptu non ine-  
pte forsitan in diversas classes quis distinguere posset: siqui-  
dem alios illorum temporum aequales esse, alios non ita  
longe post, denique alios recentiori aevo vel vixisse, vel  
hodienum interesse mortalium rebus, ipsorummet elegan-  
tes ingenii fœtus & tot prodita ab iisdem monumenta fa-  
tis ostendunt. Priorum e numero primas haud dubie Æ-  
NEAS SYLVIVS obtinet, Virtutum temporis miraculo litera-  
rum venerabilis, *Philosophus, Orator, Poeta, nec non Theologus*  
*præstantissimus, cultor justitiae ac religionis, admirabilis eloquio,*  
*Friderico Imperatori charissimus, Ecclesiastice libertatis tutor &*  
*autor, quemadmodum eum Langius in Chron. Citicens.*  
*describit. Is, teste Bucholzero in Indice Chronologico, die 19.*  
*Octobr. anno MCCCCV. Senis in Italia, nobili Piccolomineo-*

C

rum

rum genere oriundus, in primo statim pueritiae flore ad studia bonarum artium animum applicuit: inde, ope Casparis Schlickii, Fridericum Imperatorem virtutibus suis eo pellexit, ut honestum *Secretarii*, ita vulgo dicitur, munus obtinuerit, mox ipsi Episcopatui Senensi admovendus. Tandem, cum semel iterumque Petrinæ sedis limina salutasset, Purpuratorum Patrum numero adscriptus, & paulo post, defuncto Calixto, ac mutato Aeneæ Sylvii nomine, XIII. Cal. Sept. anno MCCCCLVIII. ad summam Pontificiæ dignitatis æxmunv evectus est. *Conf. Langius in Chron. Citicens. ap. Pistor. T. I. Rer. Germ. p. 866.* *Boreccius in Descript. Bohem. P. I. Praefat.* Hic & Historiam nostram, quamvis admodum concise, & alias res Misnia gestas eleganti, scribendi genere, complexus, eamque ob rem a Πολυμαθεστω Viro, cuius cineres etiamnum pia animi recordatione veneramur, Divum C. S. SCHVRZFLEISCHIVM puta, insigni elogio ornatus est: *Gaudemus merito, ait ille, talem tune extitisse Virum, qui non magis Bohemiae, quam vicine Misniae res actaque literis mandaverit. Et ingenii bonitate usque plus consecutus fuerit, quam alii ipsius aevi arte curaque consequi potuerunt, in not. ad vitam Alberti III., quae reperitur in Disput. ejus Historic. Diss. XXIX. p. 126.*

*Sylvium BOTHO*, ciuis Brunsuicensis, excipit, Scriptor Seculi XV. ob reconditas totius Germaniae antiquitates, quas ubivis depromit, haud contemnendus. Reliquit ille *Chronicon Brunsuicense picturatum*, & dialecto, inferiori Saxoniae usitata, concinnatum, quod nuper admodum, curante *Illustri Leibnitio* in *Tit. III. Rer. Brunsuicens. prodiit*, quo loco speciatim p. 400. Kauffungianum facinus quam breuissimis expeditur.

Vberior *Bothone NAVCLERVS* est, qui assumpto fidelí comite SEBASTIANO MVNSTERO, Aeneae Sylvii vestigia nimia, quam par est, sedulitate legit: uterque enim plagiū militis

militis nostri perscripturus, eruditii plagi culpam satis aper-te commisit.

Eandem rem, eodem, quo Nauclerus vixit, tempore, PAV-LVS LANGIVS, in Cygneis natus, tradidit. Hic invito animo, quod ipse fatetur, anno MCCCCLXXXVII in monasterium Bozaviense, haud procul a Ciza situm, attractus, in eodem, temporis fallendi gratia, *Citicense Chronicon*, quod rerum Misnicarum cognitioni apprime servit laudabili industria composuit, postea a Iohanne Pistorio Tom. I. Rer. Germ. inditum.

Recentior his HVLDRICHVS MVTIVS Seculo XVI. Basileae floruit, & ibidem Professoris Publici munere functus, *Chronicon Germaniae* posteris reliquit, in cuius *Libr. XXIX. p. 301.* apud Pistor. T. II. Rer. Germ. temeritatem Kauffungianam apte & rotunde persecutus est.

GEORGIVS FABRICIVS, & CYRIACVS SPANGENBERGI-VS sese in exponendis universæ Saxonie actis fideles Patriæ cives exhibuerunt, inde ille etiam in exquisito eruditio-nis thesauro, *Origines Saxonicas* intelligimus; hic & in *Chronico Mansfeldico*, & im *Adel-Spiegel*/ libris hodienum perraris, nec adeo cuivis aspectui facile obviis, prolixè satis historiam Plagii: prolixius tamen, imo omnium copiosissime, PETRVS ALBINVS, optimus Fabricianæ gloriæ ac honoris vindex, recensuerunt. Hos postmodum omisso ordine reliqui, ANDREAS MOLLERVS, in *Annalibus Freibergensibus*, MATTHAEVS DRESSERVS, in *Chronico Saxoniae*, ELIAS REVSNERVS, SETHVS CALVI-SIVS, LAVRENTIVS PECCENSTEINIUS, in *Theatro Saxonie*, BINHARDVS, in *Chronico Thuringiae*, TOBIAS SCHMIDIVS in *Chronico Cygneensi*, MARTINVS ZEILERVS, in *Germania Nou-antiqua*, IOHANNES LVDOVICVS GOTTFRIDI, in *Chronico Historico*, SEBASTIANVS MULLERVS, in *Annalibus Saxoniciis*

C 2

&amp;, qui

&, qui principe loco nominandus, *Magnificus DN. D. PIPPIN-GIVS*, in supra laudata Dissertatione, aliiq; quos jam præterimus, secuti sunt. Hi omnes, oblata solum occasione, aut exigente rerum pertractandarum ordine, id flagitii exposuerunt, cum contra idem illud data opera DANIEL CROME-RVS, *Carmine Comico*, CONRADVS OBERNDORFFIVS, *Oratione de adductis ex arce Altenburgensi duobus Principibus anno 1575.* Vitembergæ habita, VVLPIVS im Prinzen-Raub / CASPAR EBERHARDI, in *Scripto Germanico Altenburg* / 1609., DISPVTATOR LIPSIENSIS, in Specimine Academico, aliique enarraverint.

## IV.

Itaque prima statim fronte illi nobis obveniunt, qui, aliorum coniecturis, aut propriis figmentis decepti, Kauffungum ad perpetrandum hoc scelus a Friderico II. Saxonum Electore, vel ob denegatum redemptionis pretium, (n) vel ob recusata nostro stipendia bellica, (s) incitatum fuisse, vulgo edisserunt.

(n) In his qrimum referendus est *Georgius Fabricius*, qui *Orig. L. VII p. 770.* Nicolaum Pflugium, quem una cum Kauf fungo Vilhelmiani milites ad *Geram* ceperant, Electoris pecunia redemptum, Conradum vero suis met ipsis opibus, (quatuor

(quatuor millibus nummum aureorum,) se ab hostibus liberasse, scribit. Inde postea factum, ut, cum toties ab Electore erogatos hosce sumtus sibi restituendos efflagitaret, semper ab eodem repulsus, tandem vindictæ locum dederit. Hunc, veluti veteranae militiae Ducem, longo agmine comitantur ceteri, *Albinus scilicet Meissnisch-Land-Chronicf.* Tit. *XXI.* p. 265. & ex eo *Dresserus in Chron. Sax. Moller. Annal. Freib.* p. 102. *Spangenberg. in Chron. Mansfeld.* & im *Adel Spiegel P. II.* L. XI. c. 31. p. 220. *Binhardus in Chron. Thur. L. II.* p. 10. *Tobias Schmidius in Chron. Cygneens. P. II. c. 1.* p. 226, *Birck. S. H. S.* *XLI.* p. 421. *Gottfrid. in Chron. Hist. P. VI.* fol. 667. denique *Seth. Calvisius, Conradus Kauffungen,* inquit, olim, cum Frederico Electori militaret, captus fuerat, & non ab eodem redemptus, quod tamen aliis, (*Nicolaum Pflugium imprimis intelligit*) præstiterat: Igitur se ipsum redemerat quatuor millibus aureorum, eam pecuniam reposcebat ab Electore, &c. in *Opere Chronologic.* fol. 796.

(?) Ita *Mich. Boiemus in vita Alberti III.* existimat, cum quo consentit *Georgius Fabricius in Elector. Saxon.* p. 22. adeoque sibi ipsi non constat, quod enim supra de redemptionis pretio, id h. l. de negatis Kauffungo stipendiis intellectum cupit. Reliqui causam commissi criminis sicco prætererunt pede: *Mutius certe in Chron. Germ. L. XXIX. apud Pistor.* p. 301. se eam nescire, aperte fatetur.

## V.

Ea pariter quodammodo vacillare nobis videntur, quae vel de Conradi minis, (?) quibus vehementius in E-  
C 3 lecto-

lectorem invectus dicitur, vel de i-  
psiis longissimo exilio, amissis ere-  
ptisque illi in Misnia agris, (n) hinc  
inde spargi videas.

(.) Absit a nobis, ut Kauffungum ab omni minaci ser-  
mone absolvere velimus: illud tamen veritate prævia etiam  
h. l. fateamur oportet, a quibusdam Historicorum quando-  
que hujusmodi de nostro proponi, quæ, ut in dubium vo-  
centur, omnino digna sunt. Inter hæc etiam illud relatum  
volumus, quod *Albinus* de asperrimis Kauffungi dictiis ha-  
bet, qui, dum præ ceteris liberalius sibi hac in parte indul-  
get, & verba Conradi, quibus Electorem momorderit: *se*  
*banc injuriam non in subditis Friderici, verum in ipso Principis*  
*sanguine ulturum esse*: & insimul responsonem, qua ab eo ex-  
ceptus fuerit: *Kunß siehe daß du mir die Fische in dem Teich nicht*  
*verbrennest/ adducere non veretur. Alii, ut Fabricius in Orig. L.*  
*VII. p. 770. & Mutius l.c. lenius paulo de hoc judicant. Disputator*  
*Lipsiensis, quin Albini sententiæ adstipuletur, parum dubitat.*

(x) *Prædia Kauffungiana*, supra ad Aphor. I. allata, nolu-  
mus jam denuo repetere: potius aliorum opiniones, quibus  
ille iisdem expulsus, & postea exilio multatus afferitur, hic  
prolaturi. Inter eas consideranda venit Fabricii, qui  
l. c. arcem *Coram & Calenbergum* Conrado ademptum fuisse  
existimat, a qua parum abludit *Huldrichus Mutius*, l. c., nec  
ceteri dissentunt, utpote *Spangenberg.* in *Chron. Mansfeld.* c.  
333. p. 389. *Naucerus*, una cum *Munstero*, ille *Chronogr. Volum. II.*  
*Generat. 49. p. 1097. hic Cosmograph. L. III. c. 426. p. 1004.*  
*Sethus Calvisius* in *Opere Chronolog.* p. 796. *Albinus l. c. Aeneas*  
*Syrius*, eum per injuriam *Friderici* patria hereditate privatum  
esse

esse contendit. in *Europa apud Freher T. II. Rer. German. p. 70.*  
 quod tantæ alias fidei Virum scripsisse pudeat ! Quorsum  
 vero, & ad quem noster confugerit, denuo varie diceptatur :  
*Albinus Kauffungum ad Vicethumios*, in Bohemia tum tempo-  
 ris morantes, sese fuga proripuisse perhibet, eoque ipso a  
*Georgio Fabricio* discessionem facit, qui eam regionem non nu-  
 mero plures Vicethumios, sed tantum Apollonium, reliquos  
 Lusatiam petiisse, commemorat. Contra uero, inverso ordi-  
 ne, *Fabricius* in eo alienus est ab *Albini* sententia, dum no-  
 strum quidem in Bohemiam, speciatim Isenbergum, non  
 tamen ad Vicethumium, se contulisse tradit, Orig. L. VII.  
 p. 770. Sed de his caute agendum, nec omne temere Kauf-  
 fungo exilium denegandum esse, ipsum difficile rei hujus,  
 in quo versamur, caput nos admonet.

## VI.

Quin potius nobis, qui ex LITERIS ( $\lambda$ )  
 Friderici II. meliora edocti sumus, a-  
 lia mens inhaeret. Illae enim, cum  
 debita Conrado Kauffungo ex asse lo-  
 luta fuisse, demonstrant, ( $\mu$ ) tum con-  
 tra ea omnia, quae de reliquis eius  
 incommodis ( $\nu$ ) referuntur, quippe  
 fama et incertis vulgi rumoribus fun-  
 data, profundo silentio involuunt.

( $\lambda$ ) Quid hoc loco per *Literas Electoris* indigitamus,  
 paucis

paucis expediendum est. Scilicet, plagiario nostro anno MCCCCLV. de vita sublato, proceres nonnulli in quorundam Principum aulis varia, quemadmodum ejusmodi casu id fieri solet, judicia de scelere & morte ipsius laturi, alii justas nefario homini pœnas inficias esse: secus alii pronunciabant. His, quibus, addito hinc inde fabularum cumulo, res aliter, ac evenerat, denunciabatur, Elector, scrupulum sinistre judicantibus exempturus, totam rei gestæ historiam satis prolixe per literas publicas explicuit, iisdemque diversas uel *Apochas*, vel alia, quæ huc spectare videbantur, documenta annexere voluit. Tantum hæ nostro, quem suscepimus, labori robur afferunt, ut, si iisdem destituti essemus, nihil certi, nihil solidi nos in describendo Kauffungi plagio definire posse fateamur. Quare illæ nobis hoc in negotio instar cynosuræ alicujus & Lydii lapidis erunt: His ducibus diversas Scriptorum sententias ac abstrusas difficultatum molestias, pro ingenii viribus, examinare conabimur. Illud præterea addimus, quod insignis rerum Saxoniarum Scriptor, ANTONIVS VVECKIVS, primus omnium easdem formis exscribi & publici juris fieri curaverit. Excerpsit enim illas anno MDCLIX. e Tabulario, quod Vitembergæ, (non Dresdæ, ut denuo perperam *Disputator Lipsiensis* judicat,) assertur, quod adeo quidem verum est, ut & ipse in *Descriptione Dresden* P. II. Tit. I. p. 124. illud confirmet. Ista quoque una cum Actorum Capitibus eo in loco repositas esse, Vir spectatæ fidei, & omni exceptione major testis, *vñv ἐν αὐτοῖς*, C. S. SCHVRZFLEISCHIVS, in Epist. MSC. ad Tenzelium exarata, & ab Excellentiss. DN. D. PRAESIDE nostro benevole nobiscum communicata, prodit. Hanc, cum & Historiæ nostræ ueritatem, & alia, quæ huc pertinent, admodum corroboret, apponere lubet:

VILHEL-

## VILHELMO ERNESTO TENZELIO.

Autorum capita, quae efflagitas, in tabulario arcis suo reposua loco asseruantur, quae uidi et perlegi, sed non descripsi. Illud recordor, in causa publici Kuffungiani criminis sententiam dixisse iure Consultos Lipsienses, Fridbergenses in Veteravia et Halenses, atque uno omnes animo et uoce capit is damnasse. Rei iudicatae argumenta addita sunt, quae Kauffungi scelus et perfidiam, et Historiae ueritatem confirmant, certe scrupulum dubitandi eximunt, et fidem rei gestae augent. Ego ceteroquin nihil recuso; nihil denego, quod eiusmodi sit, ut ex rebus fortunisque meis suppeditari possit. RUDOLPHVS, et MULLERVS, alter apud Vos Gotbae, alter Vinariae, fidem Tibi facient, me nihil ex actis illis descripsisse, et in Commentarios retulisse aut excerptisse.

(μ) Kauffungo omnes IMPENSAS, quas durante intestina fratrum discordia erogauerat, restitutas fuisse, tum ipse Elector in literis modo laudatis, tum et Conradus in Apocha, Friderico exhibita, liquido ostendunt. Ille hunc in modum, teste Antonio VVeckio P. II. Tit. I. p. 166. differit:

**FRIEDRICH von Gots Gnaden /**  
**Herzog zu Sachsen / ic. Landgraff in Döringen /**  
**und Marggraff zu Missen.**

Aldenburg am Sonnabende nach Jacobi /  
 Anno Dni etc. 50. quinto.

**M**nhern fründlichen Dienst zuvor / und was wir liebs und  
 gutes vermögen. Hochgeborener Fürst / lieber Sohn ic.  
 Uns ist fürbracht / wie bie uwer Liebe und durch uwer Lan-  
 de und Fürstenthumb erschollen sie / under viel Reden / die wider  
 und fortgetragen werden / wir sullen Euhzen von Kauffungen  
 eyn mergliche Bal Geldes schuldig sien / er mögde der an uns nicht  
 erlangen / er sie derhalben mit uns ins Recht gangen / das Recht  
 werde

D

werde ym verzogen/ und müße rechtlos bliben / wie dann solche  
Worte in wihetter erstreckung haben gelutet/ das uwer Liebe im  
verstehen möge/ das bie der Wahrheit solch Rede an uch nicht  
bracht sie/ Thun wir uwer Liebe wiken/ daß wir Eunzen/ umb  
sines Dienstes willen/ etlich Geld schuldig waren/ des und darüber  
etwas mehr Im zu siner Bescherunge/ zu sinen Uffkommen  
wie Ja vergnüget han/ uud entrichtet/ als Ihr das uß dieser ins  
geschlossen Abeschrifft (○) siner besiegelten Quitanz Uns über-  
geben/ vernehmen werdet.

*Hic eandem rem magis perspicue sic enunciat:*

Sign. ○

### • Kauffungs Quittung

Daß Er von Churfürst Fridrichen zu Sachsen al-  
ler Geld-Schulden vergnüget.

**E**ch Eunz von Kauffungen bekenne für mich/ myne Ers-  
ben und Erbnehmen/ und thu kunt mit diesem mynem  
Offen Brieve gein allermeinglich/ daß mich der Irleuchte  
Hochgeborene Fürste und Herre/ Herr Friedrich/ Herzog zu Sach-  
sen/ des Heil. Romischen Riks Erzmarschal/ Landgrave in  
Otringen und Marggrab zu Meissen/ myn gnädiger lieber Her-  
re/ uff hûte dato dis Brievs aller Geldschulde/ die mir sine  
Fürstliche Gnade für Dienst/ Pferde/ Harnasch/ und NB.  
alle ander myne Schäden/ der Geldschulde halben re-  
stheren/ wie/ wo und in welchen enden ich die von siner Gnaden  
wegen bis uf diesen hutigen Tag empfangen habe/ schuldig gewest  
ist/güttlich und wohl zu Danke das mir gnügt uß gericht und be-  
zahlt hat/ Und ich sage für mich/ myne Erben und Erbnehmen den  
genanten mynen gnedigen Herrn/ Herzog Friedrichen zu Sachsen/  
und siner Gnaden Erben und Nachkommen alles sollichs Geldes  
qvht/ ledig und loß/ mit und in Krafft dieses Brievs/ und ab  
hinsürder eynche Brieve oder Geldschulde für dato dieses Brievs  
gegeben/

gegeben/ sine Fürstliche Gnade / oder seiner Gnaden Erben behangende bis mir oder sunst irgent funden werden/ mir ader mynen Erben zu haldende und bescurende/ die sollen alle vernicht/ und absten/ und von jedermenniglich ganz crafft und machtlos gehalten werden/ ane ge verde/ zu urkunde mit mynen hieruff gedrucktem Insiegel für mich/ myne Erben und Erbnehmen wissentlich versiegelt und gegeben zu Aldenburg am Dornstag nach Galli anno Dni m<sup>o</sup>cccc<sup>o</sup>l quarto.

Ex his igitur patet, quam longe ii a scopo aberrauerint, qui supra ad Aphor. IV. nescio quantum redemtionis pretium, quanta stipendia bellica, Conrado nostro nondum ab Electore soluta, somniarunt.

(v) Merito illorum sententias in dubium uocamus, qui Kauffungum, posteaquam se propria pecunia redemerat, propter minas, quibus Electorem lacessiuisse fertur, et agris suis eie&sum, et exilio punitum fuisse existimant, siue id anno MCCCCL, siue sequenti factum sit. Conf. Aphor. V. Si enim id maligenus iam multis ab hinc annis ante perpetratum plagii scelus nostro accidisset, quod ei uulgo accidisse dicitur, non uidemus, quid obstiterit Electori, quo minus haec talia, impri- mis cum eo ipso delicto Kauffungiano illustrando magnum robur addi potuisset, ad aulas aliorum deferriri uoluerit. Quin et illud absonum, nec prudentiae ciuili congruum esse uide- tur, hominem dari perduellem, extorrem, cum pessimis pa- triae proditoribus collusorem, ( Vid. Albinus Tit. XXI. Meissn. Land Chron. p. 266. Dresserus Chron. Sax. p. 443. et Criticus T. III. Qu. 40. p. 521.) denique, ut multa paucis exprimamus, infensissimum Principis hostem: et nihilo secius eundem in ditionibus illius, a quo ante electus fuerat, tanta adhuc au- toritate ualere, ut et ipse Princeps ad eligendos arbitros il- lius pertinacia persuaderi posset: quae duo quomodo in Kauf- fungo nostro conciliari queant, nemo facile perspiciat. Ita-

D 2

que

que illos tutiori uia incedere arbitramur, qui nec omnem Kauffungo fugam denegant, nec longa annorum serie eandem metiuntur. Nos sane, Electoris literas secuti, nihil aliud, quam Conradi fugam, si uel maxime aliqua statuenda, non nisi duarum hebdomadum interuallo ipsum plagium praecessisse, colligimus. Die enim 25. Junii eum, in salutato Friderico, ex urbe Altenburgensi, quo ex consilio ac mandato arbitrorum uenerat, egressum, mox uero d. 7. Iul. eodem anno MCCCCCLV. ex arce, urbi contigua, Principes Electoris iuniores rapuisse, eaedem literae haud obfscure indicant: quem admodum id etiam ex inferius dicendis constabit. Praeter haec nobis calculum suum pariter addit *Michael Boiemus*, qui, in uita Alberti Animosi, coquum SCHVVALBIVM tantum 14 dierum spatio in aula Friderici, quo se statim, expulso Kauffungo, contulerat, uersatum tradit. Hinc omnis rei cardo, ut breuiter et in compendio controversiam hanc complectamus, in eo uertitur, ut Scriptores, quos ad citatum Aphor. recensuimus, uel Kauffungi fugam ad satis longum temporis spatium ante commissum atrox facinus extendant, (quod plerique affirmare uidentur,) uel ad duas tantummodo hebdomadas reuocent: Si de *hoc* istis sermo sit, facile nos consentientes habebunt: sin *prius* admittant, non possumus alter, quin ab eorum partibus, non exiguis commoti causis, paulisper recedamus.

## VII.

**Quae cum ita sint, operaे pretium nos facturos esse existimamus, si relictis supra adductis sententiis in præsenti alium**

alium, eundemque uerum Kauf fungiani sceleris fontem, intempestiu m scilicet habendi studium, constituerimus: quippe quo is inflam matus, illud, quod ab Electore ad certum tempus et certa lege accep erat, (ξ) sibi posterisque suis perpetuum ueluti ac constans vindicare ausus est.

(ξ) Kauffungo nostro omni iure acclamari posset, quod uulgo de aqua turgidis pronunciatur:

*Quo plus sunt potae, plus sitiuntur, aquae,*  
nec inepte illud Plautinum huc faceret:

*Fere maxima pars morem hunc homines habent: u* *nominis* *ptiv.*

*quod sibi uolunt,*

*Dum id impetrant, boni sunt; sed, ubi iam penes*  
*sese habent,*

*Ex bonis pessimi et fraudulentissimi fiunt.*

Cum enim ille a Friderico II. Principe uere Placido, agros non nullos, Schwickershanum nempe, Cribensteinio insertum, cui VVeckius in Discr. Dresd. P. II. Tit. I. p. 122. Ehrenbergum addit, flagrante tum temporis fraternorum animorum dissensione, ea lege accepisse, ut pace patriae restituta, eosdem ultro, ubi suos, in Thuringia his turbis pariter amissos, recuperas set, legitimo possessori, Apollonio Vicethumio, traderet, an tum abfuit, ut promissis, seposito belli tumultu, steterit, ut potius et suos in Thuringia, et Vicethumii simul in Mis nia

nia retinere non ueritus sit. Audiamus modo Electorem haec talia diserte commemorantem:

In Recht sind wir mit ihm gangen/nicht von Geldschulde/sondern etlicher Dörffer wegen/in unsern Fürstenthumb zu Missen gelegen/die ern Apel Bisthumb zu Tanrode waren/die wir Eunzen egenant zustehen liessen mit Unterscheide/ zu Wiederstattung ander Dörffer/die er im Lande zu Obringon liegende hatte/ und er durch ern Apel izund genant/in den vergangen Kriegisleufften entwret was/ also daß er die Dörffer/ ern Apel zugehörig/ im Lande zu Missen gelegen/ innen haben sollte/ der genissen und gebrauchen/ so lange daß sine Dörffer/im Lande zu Obringon gelegen/ wieder zu sinen Händen qvemen/ (D) Es worden die Kriege durch unser Oheimen und Schwager von Brandenburg und Hessen/ und ander Unser Fründe abgetragen/ hingeglegt und entrichtet/ als Ir wisset/ und dobie unter andern beteidingt/ daß jedermannne das sine was er von Dörffern/ oder Gütern in den Kriegisleufften verlohren hätte/ wieder ingegeben sollte werden/ Eung egenant uf solch richtung erlangte sine Dörffer im Lande zu Obringon und vermeinte die Dörffer im Lande zu Missen/ die ern Apels/ und Im zu Wiederstattung durch uns ingetan waren/ nicht zu entfreumen/ noch an ern Apel lassen zu kommen/ sondern um die zu Lehengute zu behalten/wiewohl er keine Brive dorobis in der forme von uns hatte/ daß die Dörffer sin Lehngut sien solten. Worden wir durch unsern lieben Bruder Herzog Wilhelm mit Schrifften und mündlich und auch ern Apel ersucht/ zu schaffen/ daß die Dörffer/ ern Apel zugehörig/ im Lande zu Missen gelegen/ nach Innhalde der Richtung von Eunzen an ern Apels Hande qvemen/ und wiewohl Wir vil Bließ dobie hatten und die Eunzen gütlich ersuchung taten/ so kunten Wir/ sine Fründe/ und sunst nymands/ das zu thune In vermögen/ daß es sich zu endrungen der Dörffer gebe/ und der Richtung/ zwischen Unsern lieben Bruder und Uns beteidingt/nachgangen wörde/ Ist er Apel Bistum in sine Dörffer in unserm Fürstenthum zu Missen ges

sen gelegen/ wieder gesagt/ und hat die in sine gewehre genommen/ ic.

a quibus nec ipse Kauffungus in literis quibusdam, eam ob rem Electori exhibitis, dissentit:

Sign. D

## Cunk Kauffungs

Schein und Reuers wegen des ad interim eingetha-  
nen Guths Schwickershahn und Zugehörun-  
gen.

**E**nch Cunk von Kauffungen zu Kossungen gesessen / bekenne  
offentlichen mit diesem meinem offen Briefe/ gen allermen-  
niglich/ die ihn sehen oder horen lesen/ Als der Durchleuch-  
tigste Fürste und Herr/ Herr Friedrich/ Herzog zu Sachsen/ des  
Heil. Römischen Reichs Erz-Marschalch/ Landgrave in Odrin-  
gen/ und Marggraff zu Meissen/ mein gnädiger lieber Herr/  
durch seinen Voit zu Lisenigk/ die Güter und Odrffer ern Apeln  
Bisthums zu Tharode/ gen Kriensteine gehörende/ als Schwi-  
ckershahn mit den andern/ und der Frauen ern Apels obgenannt  
Mutter zu Leibgedinge nicht verschrieben sind/ an mich hat lassen  
weisen/ und gewere sezen/ der nach meinem Nutze und Nothdurft  
zu gebrauchen/ bis so lange daß mir seine Fürstliche Gnade eines  
rechtlichen oder gütlichen Austrags meiner Sachen gegen Ern  
Apeln hat geholffen/ Darumb habe ich seinen Fürstlichen Gnas-  
den mit Handgebenden Treuen/ an eines rechten Exdes statt  
gelobet und versprochen/ So mir die Sachen gegen Ern Apeln/  
in ob geschriebener massen/ durch seine Gnade oder die seinen ei-  
nes Rechtlichen oder gütlichen Austrags wirdet gehülffen/ und  
die zu Ende brache/ Alsdenne soll und will ich derselben Güter  
und Odrffer Schwickershahn mit den andern zum Kriebenstein  
gehörende/ und der Frauen zu Leibgedinge nicht verschrieben sind/  
Sies

Seinen Gnaden williglich und lediglich wieder abtreten/die ohne alle Wiederrede einreumen/ und mich der gänzlichen wieder verzeihen/ und ausser alle arglist hierinne ganz ausgescheiden. Des zu wahrer Urkund habe ich obgenannter Conrad von Kauffungen/ mein Innsiegel für mich und meine Erben/ für die ich mich hierinne mit verschreibe/ mit rechter Wissen an diesen Brieffassen drusen/ der gegeben ist zu Meissen / nach Christis Geburtte/ XIII, und darnach in dem XLIXten Jahre/ am Sonnabende in der Heiligen Osterwochen. vid. *VVeckius l.c.*

### VIII.

Igitur Kauffungus, auaritiae uitio infetus, fidem Friderico datam perfide uiolauit, nullis amicorum, Electoris ue precibus cessit, nec, cum iam agris Vicethumianis se se expulsum uideret , ad meliorem frugem rediit, donec tandem res haec et tota controuersia Iudicum Compromissariorum (o) fidei, utraque parte in id consentiente, fuerit demandata.

(o) Nostro falsissime persuasum erat, Fridericum in culpa esse, quo minus *Vicethumii* in Misnia pagos ac praedia diutius possederit. Quare iniuriam ab eo sibi factam esse ratu*s*, Electorem hinc inde, coram uariis Misniae proceribus, clam iniquitatis alicuius accusauit. Placidissimi animi Princeps hasce militis machinas facili negotio retundere potuisse sed,

sed, ut et maleuolorum quorundam calumniis ob ex ponere-  
tur et iniustae ipsius Kauffungi postulationes omnibus pa-  
tienterent, idem ille una cum Conrado quatuor arbitros de-  
legit, qui nullo personarum habito respectu, rem paulo ac-  
curatius secum perpenderent, et laudum destinato die, (25.  
Iunii) loco publico, *Altenburgi* scilicet, dici iussit, ubi tamen  
Conradus, pertinaciter excipiendo et frustraneos uerborum  
circuitus inspergendo, uaria desperatae causae diuerticula  
quaesiuit: quemadmodum ex iis, quae Fridericus in literis  
suis porro recenset, abunde cognoscimus:

Datum so vermeinte Cunze von Kauffungen/ Uns in Ansprache  
zu haben. Nu wolten wir Ihm der rechten derhalben nicht vorsin/  
noch sine Klage enthoeren/ Wir haben Uns mit ym uff vier gewis-  
lete Schydesrichter/ der wir und er eintrechtllich eynig sind wor-  
den/ veranlaßt/ Uns in Rechte umb die Dörfser noch unser schrift-  
lichen schuld und siner Antwort / auch noch siner schriftlichen  
schuld und Unser Antwort/ was unser izlicher teyle für zu wenz-  
den hätte/ mit ym lassen scheiden/ als Jr das in dieser Ingeschlos-  
sen Abschrift (8) des Anlas auch verstehen werdet/ Dieselben  
Unser scheiderichter / im Anlas bemeldet/ haben sich des Rechten  
uff solch schulde und Antworte/ die sie von uns beyden theilen uff-  
namen/ ferne und wihet erfragit/ zu Magdeburgk/ zu Fredebergk  
(non Freibergae ut Paullini in Annal. Isenacens. p. 119. errore du-  
ctus putat) und Lipz/ die Schepfen und andere Rechts verständi-  
gen sich rechts unterwissung lernen lassen/ und uns beyden teylen ei-  
nen tag uff Dienstag JohannisBaptistae an der Herberge uff den  
Abend zu Altenburgk zu sien/ und uff Mittwoch darnach uff Un-  
ser Schloß daselbs des Rechten zu warten gesetzt/ dazu wir uff bey-  
de theile sind kommen/ Wir haben durch unser fründe die schyde  
richter in gebörligkeit umb das recht das gehen zu lassen bitten /  
wir wolten denn gehorsam sien/ Cunze von Kauffungen hat das  
Recht in sinen Übermute durch sich selbst gewiddert/ und durch  
vil unbilliger Intrege verhindert/ und durch sine verdächtige Hin-  
derliste und bbse mehnunge gestopfet/ als jr vernehmen werdet.

E

Ex-

Exstant insimul eam in rem *documenta*, ab eodem *VVeckio l.*  
*c.* annexa, et *Signo* (♂) notata, quibus et utriusque in eligen-  
 dis Arbitris consensus, et dies, uel Terminus, ut uulgo di-  
 citur, peremtorius, euidenter admodum comprobatur:

### Anlaß oder Compromiss.

zwischen

## Thurfürst FRISDORFECHEM zu Sachsen und Einken von Kauffung.

**S**U wissen/ daß uff hute Dornstag nach Galli der mynnern  
 Zal/ in vier und funffzigsten Jahren hie zu Aldenburg  
 durch uns JORGEN von HUGEWYZZ/ Dechant  
 zu Mißen/ Canzler JORGEN von BEBUNBURG/ han-  
 SEN von MAETZETZ und JHANN von SLENTZ  
 Ritter/ gewillete schydes Richter/ von dem Tzrlüchten/ Hochge-  
 bohnen Fürsten und Herrn/ Herren Friedrichen/ Herzogen zu  
 Sachsen/ des Heil. Römischen Reichs Erz Marschalch/ Landgras-  
 ven in Otringen/ und Marggraffen zu Mißen/ unsern gnädi-  
 gen lieben Herrn/ an einem/ und Kunzen von Kauffungen am an-  
 dern teil beteidigt ist/ von schulde und Zuspruche wegen/ so un-  
 ser gnediger Herre zu Kunzen von Kauffungen/ und Kunz von  
 Kauffungen wiederum zu unserm gnedigen Herren meynt zu ha-  
 ben und zu sezen/ der sie von beiden teilen biē uns mechtiglich sînt  
 bleiben/ sie noch schulden und Antworten daruſ zu entscheiden/  
 Als nemlich/ es soll unser gnediger Herr sine schulde/ so viel er  
 der zu Kunzen von Kauffungen meynt zu haben/ bynnen den  
 nechsten vier Wochen/ von hute an zu rechnen/ schriftlich sezen  
 und machen/ und die uff Dornstag nach Martini schiessen biē den  
 Münzmeister gein Fryberg schicken/ (per hunc autem mone-  
 tarium

tarium nullum alium, quam NICOLAVM MONHAVPTI-  
VM, uulgo Nicol Monhaupt/ prouinciarum, quae Frideri-  
ci II. legibus gubernabantur, Praefectum et Capitaneum in-  
telligimus. Eodem enim anno MCCCCLIV, eodem Mo-  
netarii titulo a Caspare Schonbergio, Misnensi Episcopo, in li-  
teris, quas ad Monhauptium, imaginem, B. Virgini sacram,  
exstructurum dedit, insignitur. uid. Moller. Theatr. Freib. c. VI.  
pag. 489. et Spangenberg. vom Geschlechte derer von Molsdorffe.)  
deegleichen Kunz von Kauffungen sine schulde/ so er zu unsern  
gnedigen Herren meynt zu haben/ binnen denselben nesten vier  
Wochen/ als obin berürt ist/ auch schriftlich ein/ und die by den  
Münzmeister zu Freyberg uff Dornstag nach Martini bestellen  
soll/ So sollen unsers Gnedigen Herrens schulde Kunzen von  
Kauffungen Bothen/ und Kunzen von Kauffungen schulde unsers  
gnedigsten Herrens Bothen durch den Münzmeister geantwor-  
tet werden/ die also an jechlichen theil zu bringen/ darnach sol uns  
ser gnediger Herre Kunzen von Kauffungen schulde/ und Kunz  
von Kauffungen unsers gnedigsten Herrens schulde/ jeglich Teilt  
aber vier wochen innen behalten/ unser Gnediger Herr sine Ant-  
wort uff Kunzens schulde/ und Kunz sine Antwort uff unsers  
gnedigen Herren schulde schriftlich thun/ und darinnen so sol ig-  
lich teyl solch schulde und Antwort uff Dornstag nach unser lie-  
ben Frau entag Conceptionis, bie den Münzmeister zu Friberg  
senden/ der alle dieselben schulde und Antwort ufnehmen/ und  
in unsers gnedigen Herrens Canzlie den obgenanten siner Gna-  
den Canzler antworten lassen soll/ derselbe er Jorg von Hugewig  
die danne ufnehmen/ die er und die andern sine mitschiedsrichter  
darnach auch vier wochen/ das ist/ nemlich bis uff Dornstag nach  
der heiligen drier Könige tage/ innen haben/ unsern gnedigen  
Herren und Kunzen von Kauffung bynnen des tage sezen/ und sie  
mit recht daruß entscheiden sullen/ und wie sie also durch recht ent-  
scheiden werden/ deme sullen beyde teyle ane Wegerung Volge  
und gnug thun/ und an Hindergang nachkommen/ Als sie uns

E 2

das

das von allen syten glaublich zugesagt und versprochen haben/ alle gevedte hierinne ganz usgeschlossen/ doch ungeverlich ab sie hierüber erseugung durch recht begeben/ und eyn teile ader beyde uslendisch sien/ oder sunst durch erhaffige Noth daran verhindert würden/ das sulte iglichen theile an sinen rechten unschedlich sien. Hieruff sollen beyde teyle aller sachen gütlich gesünet/ und gericht sien/ und die Bürgen/ so für die Gefangen verhaftt weren/binnen des ungemant bleiben/ des zu Uckunde und Wissenschaft sind dieser Zedeln zwu yn eym leite gemacht/ und iglichen teile eine versiegelt gegeben/ mit unser obgenanten schiedesrichter Insiegeln/ Geschehen als ob geschrieben stet.

## IX.

**I**nde, cum bene intelligeret, se nec iustitia causae, nec aperta ui Electori parem esse, totus in suas artes uerfus, opportuna exequendo scelerilo-  
ca ( $\pi$ ) occasionesque, quibus et introitus rapturis facilior, et exitus iisdem felicior redderetur, sedulo circumspexit.

In Catil.  
c. l.

( $\pi$ ) Kauffmanus, Sallustiani moniti memor, prius, quam quis incipiat consulto, et ubi consuluerit, mature factō opus esse, iam omnes uias, omnia, quae modo cunque poterat, media auferendi de arce Principes mente sua ualuebat, mox propositum sibi nefas in effectum daturus. Hinc idem ille omnis astutiae architectus sese, die supra commemorato, Al-  
ten-

tenburgum eum in finem confert, non ut laudum, a Iudicibus Compromissariis pronunciandum ea, qua decebat, modestia expectare, uerum ut inter haec negotia, nullo fraudem suspicante, uniuersos arcis recessus, et Principum conclave accurata oculorum animique lance contemplaretur. Sic itaque noster, ex uno delicto in aliud prolapsus, exemplo suo sapientis Senecae uerba confirmauit:

*Per scelera semper sceleribus tutum est iter ;  
quod eo melius ex iis patebit, quae Fridericus, militis no-  
stri uafritiem descripturus, porro profert :*

Als wir nun das Recht nicht erlangen mochten / sind wir mit uns-  
ern Fründen und Räten bisht in unser Gemach gangen/ mit hu-  
geratslagt/ was nu in deme fürzukeren / und uns allerbequemst  
wäre/ diewile wir rat an den Unsern suchten/ Ist Cunz mit etli-  
chen sinen Zulegern usf unsern Schloß zu Altenburgk herumb-  
gangen/ alle Gänge/ und wo unser lieben Söhne Schlaffgemach  
wäre/ die Höhe der Fenster abgenommen/ und alle dinge zu full-  
bringung seiner übelstat/ die er in seinen Herzen verborgen trug/  
eigentlich abersehren. Dobie zu mercken ist/ daß Cunze nicht umb  
des Rechten willen zu warten/ sondern wege zu sine In und  
Ußfart zu suchen/ wie er an unsern lieben Sönen obel geton kon-  
te/ kommen was/ des wir an ihm kein besorgen hatten/ Nachdem  
er Unser/ unser Sohn/ unser Lande und Lüte ny kein Stunde  
noch Tag unsicher/ und unser Voit und Amtmann usf denselben  
unsern Schlosse zu Altenburgk gewest/ doselsbs and hernachmals  
zu dickermal viel gutts und Zulegung ihm durch Uns und die Un-  
sern gescheen ist/ alles nf guten Glouben und Vertruwen/ die  
wir zu ihm für andern hatten.

In Aga-  
memn.  
Act. II.  
v. 115.

## X.

Quin et nonita longe post, eodem qui-  
dem  
E 3

dem anno MCCCCCLV. (e) VII.  
 Iul. (σ) media fere nocte (τ) quae D.  
 Kiliani festum praecedit, adhibitis  
 sceleris sociis, (υ) et absente tum tem-  
 poris Electore, (φ) ARCEM AL-  
 TENBURGENSEM (χ) scalarum  
 nexilium, (ψ) et serui alicuius, (ω)  
 quem uespertino tempore illuc bo-  
 na, ut uidebatur, fide miserat, auxi-  
 lio ascendit.

Secuti denuo sumus uestigia Friderici Placidi, ita loquentis  
 Sonn Cunz in deme sich gesettiget hatte/ fügte er sich vom ge-  
 sagten Tage/ uns ungegrüßet/ in sine Herberge/ und fürder  
 nach seiner Nothdurstt usz unser Stadt/ uss Montag Sante Kyli-  
 ans Abend darnach umb die eilste Stunde in unsren Abwesen/ do  
 unser lieben Sone in irem Schlaffgemach ruheten/ Steig Cunz  
 von Kauffungen und ander sine Nachfolger/ der Name wir uch  
 in dieser ingeschlossen Zedel (Ω) zu erkennen geben/ in unser  
 Schloß Altenburgk/ uss Garleitern die hym durch eynen seiner  
 Knecht / den er zu vor am Abend uss Schloß in gütlichen sinen  
 Gewerbe schickte/ an ein hohes Fenster anbracht worden.

(e) Consentunt hac in re nobiscum Paulus Langius in  
*Chron. Citicens.* apud Pistor. T.I. *Rer. Germ.* p. 69. Spangenber-  
 gius in *Chron. Mansfeld.* c. 333. p. 389. Albinus Meißn. *Lando-*  
*Chronicle* Tit. XXI. p. 267. Laurentius Peccensteinius in *Prosap.*  
*Vitikind. famil.* p. 15. Michael Boiemus in *uita Alberti III.* p. 7. ap.  
 C. S.

C. S. Schurzfleisch in Disp. Histor. XXIX. Sethus Caluisius in Op. Chronol. fol. 796. Dresserus, Chron. Sax. fol. 443. Binhardus, Chron. Thuring. L. II. p. 10. Tob. Schmidius, Chron. Cygn. P. II. c. 1. p. 226. Gottfridi in Chron. Histor. P. VI. f. 667. Zeitlerus in German. Nou-antiqu. P. I. c. 6. p. 146. Anton. VVeckius in Descr. Dresd. P. II. Tit. I. f. 123. Sebast. Mullerus Annal. Sax. f. 30.

Contra uero ab horum opinionibus recedit Elias Reusnerus, in Stemm. Vitikind. Genealog. p. 42. qui raptum Kauffungianum ad annum MCCCCLIV. refert, eumque errorem pa-  
lo post p. 47. denuo propagat. Georgius Fabricius, dubius ac  
incertus animi, nunc in Orig. L. VII. f. 773. annum M CCCC  
LIV, nunc alio in loco, Annal. Misn. L. II. f. 65, LV. statu-  
endo, hinc inde fluctuat, quem pro more suo sequitur  
Birckius S. H. S. XLI. p. 422.

(σ) Hic paucos, qui a nobis deflestant, deprehendas:  
*Fabricius* enim c. l. recte *Nonas Iulias* collocat, quem postea  
ceteri, utpote *Spangenbergius*, *Albinus*, *Peccensteinius*, *Mollerus*,  
*VVeckius*, aliisque locis alleg. imitati sunt: Vbi tamen iterum  
*Elias Reusnerus* excipiens uenit, qui l.c. diem commissi plagii  
ad 8.Iul. reuocat, cum quo pariter facit *Mollerus Annal. Sax.* p. 30.

(τ) NOCTIS silentia alias rebus grauioris ponderis,  
et consiliis, pro salute ciuium capeſſendis, idonea imprimis  
esse, passim legimus. Inde factum, ut ueteres prouerbii lo-  
co haec: εὐ νυκτὶ βεληνή, adhibuerint, eamque ob rem ipsam no-  
ctem εὐΦεόνη appellare consueuerint. Hinc Lacedaemo-  
niis olim τὸν νυκτεριών σύλλογον Sapientissimorum Virorum so-  
lennem admodum fuisse, *Plutarchus*, et ipsum Vespasianum  
Imperatorem noctibus studuisse, *Plinius* commemorant.  
Nec *Homerus* iis, qui ad clauum Reipublicae, feliciter ge-  
rendae, sedent, nocturnas uigilias dissuadet:

Οὐ χεὶ ταννύχιον ἔυδαιν βεληνόφορον ἄνδρα.

Quo utilius autem, quo commodius idem tempus eruditis,  
eo op-

Sympof.  
L. III.  
Epist. 5.

L. II. II-  
ad v. 24.

*Iphig.* Aet. eo opportunius haud raro pessimae flagitiosorum cohorti  
*IV. L. III.* esse solet. Quare non immerito, *Euripidi κλέπτων οὐδὲν*  
*Iliad.* *Homero autem κλέπτη δε οὐδὲν αμείνων*, atque *Hesiodo.*

*Theogon.*

v. 33.

*Carm.*

*mupt. v. 33.* aliisque aliter audit. *Catullus,*

*Nocte latent fures, - - -*

*L. VIII.* dixit, cui *Ouidius* non repugnat:

*Metam*

v. 82.

*Nox interuenit, tenebris audacia creuit.*

Quod cum bene nosset *Conradus*, furandi libidine et singulari audacia accensus, e re sua fore arbitratus est, si et ipse obscura caligine usus, intra horam XI et XII. ad arcem Altenburgensem appropinquaret, quemadmodum hoc frequenti Historicorum consensu, *Franci* scilicet, *Spangenbergii*, *Boiemi*, *Albini*, *Dresseri*, *VVeckii*, aliorumque comprobamus.

(v) *Kauffungi socios*, in arcem adductos, et literis Electoris annexos, *Anton VVeckius l. c.* allegat, eosdemque tali ordine recenset:

Sign. ♫

## Verzeichniß

Derer /

So mit Kauffungen ins Schloß zu Altenburg  
gestiegen :

*Euntz von Kauffung.*

*Hensiel Herdin.*

*Willhelm von Masen.*

*Wenzel Trebis Söhne.*

*Rußwurm.*

*Bernhard von Trebin.*

*Gebeller.*

*Willhelm von Schönfels.*

*Nicol von Forst.*

*Albrecht Adolff.*

Ex-

Ex horum numero duos praecipue, VILHELMVM quippe a MOSEN, et VILHELMVM a SCHONFELS, Osterlandos Equites, multi rerum Misericarum proditores recitant. Conf. *Fabricius Orig. L. VII. p. 770.* *Albinus Meißnisch. Land-Chron. Tit. XXI. p. 266.* *Mich. Boiemus, in vita Alberti p. 7.* *Dresserus in Chron. Sax. p. 444.* *Mullerus Annal. Sax. p. 30.* aliique. *Aeneas Sylvius*, Kauffungum cum paucis comitibus illuc contendisse, scribit, parum solitus, quales et quos ex iis secum attulerit. *Paulus Langius, Botho, Mutius, Nauclerus, Munsterus, alii*, de his nihil habent. *Spangenbergius contra, in Chronic. Mansfeld. c. 333. f. 397,* *Vilhelmum de Mosen non pro socio Kauffungiano, uerum pro Electoris Friderici II. ministro uendit.* Personatus *Criticus T. III. Qu. 40. p. 529.* eo arrogantiae prolabitur, ut, posthabito Friderici testimonio, Conradum quinque tantum satellites in arcem secum attraxisse, existimet. Nos uero publicam facti huius declarationem, pro eo ac par est, sequimur, & decem omnino statuimus, quibus egredientibus se se *Ianus Schuvenizius*, et, ut uulgo dicitur, *Iohannes Schuvalius*, omnis mali promus condus, adiunixerunt.

(φ) Eo enim tempore Elector, relictis et Coniuge, et Filiis suis, *Lipsiam*, cui *Criticus l. c. p. 526.* *Pirnam et Freibergam addit,* (quamuis de utraque urbe Scriptores nostri plane taceant,) profectus erat: id quod *Fabricius L. VII. Orig. f. 773.* in sequentibus declarat: *Accidit, ut suorum negotiorum causa Elector Lipsiam iret, Filiosque, Ernestum et Albertum ministris commendaret;* cum quo reliqui conueniunt, *Albinus l. c. Moller. Annal. Freib. p. 100.* *Sethus Calvisius Op. Chron. p. 796.* *Dresserus l. c. VVeckius in Dresd. P. II. Tit. I. p. 123.* Hinc, sicuti, ut uulgo audias, occasio fures facere solet: ita eandem Kauffungus pro sua, qua pollebat, calliditate, ubi de abitu Friderici certior factus, committendo plagio opportunam

F

obser-

obseruauit, haud dubie socios suos Venusini uerbis allocutus :

Rapiamus amici ,

Occasionem de die.

Epod. XIII

*u. s.* Illa enim, teste Pachymere, anima actionum: in illa momentum L. III. c. conficiendi negotii praecipuum consistit, ut Gualdus alicubi docet: 18. in uii. illam denique, cum semel praeteriit, frustra requirere, summae Pinell. f. dementiae argumentum est, quemadmodum erudite Emmi- 14. Dec. us differit.

V. rer.

*Frisic.* L. ditionis, (hanc enim Osterlandiae quondam partem fuisse, XLVIII. f. Albinus Meissn. Land Chron. Tit. XIV. p. 182. monet,) urbs haud ignobilis, ad Plissam amnem sita, olim Plissenburgum, ut Dres- serus P. V. Isag. Hist. uel Plisne, ut Arnoldus Lubecensis L. VII. c. 18. et ex eo Cranzius uolunt, dicta, originem suam a Chau- ris, uel Choritanis traxisse fertur. vid. Sigfridus in Annal. suis et Brotius in Hist. Martisburg. p. 348., quod an ueritati con- gruum sit, alii iudicent; Peccensteinius sane illius natales ue- tustiores collocat: Illud tamen affirmare non ueremur, quod Fridericus Barbarossa, teste Arnoldo, Scriptore omni- um sententia probo, a Rabodo, Plisnensi Comite, utramque, et arcem, et ciuitatem, simul et terram Plisensem ingen- ti pretio emptas, sibi imperioque suo acquisuerit. Quae uulgo de Burggrauiatu Altenburgico hinc inde spar- guntur, quippe incerta, et ob tot Scriptorum dissensiones suspecta, in praesenti data opera, cum id munera nostri non sit, nolumus attingere: interim tamen obiter notari mere- tur, quod Monachus Pirnensis Albertum Degenerem, Landgra- uium Thuringiae, ducta in matrimonium Margaretha, Fri- derici II. Imperatoris Filia, Altenburgensem Burggrauiatum, una cum ipsa urbe et uniuersa Plisnensi ditione, dotis loco, accepisse tradat: cum contra Fabricius, Annal. Misn. ad ann. 1315. Al-

1315. Albinus Meissn. Land-Cron. Tit. XV. p. 195. Peccensteinius, P. III. Theatr. Sax. p. 105. Mollerus Annal. Freib. p. 55. aliique, Fridericum Animosum, Alberti Filium, deuictis Parentis sui sociis, Altenburgum, S. R. I. liberam ciuitatem, anno MCCCVIII. sub iugum misisse, uno ore profiteantur. Denique, ὡς ἐν παρόδῳ, de luxu ciuium Altenburgensium Brotfisi uerba c. l. hoc adscribimus:

Wenn die Bürger auffs Rathhaus haben kommen sollen / sind sie auf niederländischen Sesseln oder Sanftwagen hinaufgefahren / und wenn sie ein Gepräng und hochzeitlich Fest gehabt / sind die Weiber nicht anders/ denn auf Teppichen zur Kirchen gegangen. Conf. Peccenst. P. III. p. 131. Vrbi arx imminet, de qua AEn. Syllius apud Freher. T. I. Rer. Germ. p. 70. ita inquit: Arx est in Misnia, in alto monte, et abruptis undique rupibus sita, Altenburgum Prouinciales uocant: ad radices montis oppidum egregie munitum & populo plenum iacet: quin etiam Fabricius pro sua, De qua valebat, carminis pangendi dexteritate, eleganter ad- March. modum canit:

Misn. p. 43.

Bis sex annorum puer alta raptus ab arce est,  
Pleiffena foecundos qua fluit inter agros.

Hujus olim custodienda prouincia certis quibusdam Praefectis data erat, qua etiam tempore Friderici Placidi, Saxonum Electoris, Kauffungus noster, quemadmodum id supra iam demonstrauimus, defunctus, magnam nominis sui famam impetravit: quam tamen non ita longe post immanni scelere, (cum eandem, a qua aliquandiu hostes coercuerat, arcem ipse hostis ingrederetur,) polluit. Apprime hic Altenburgenses incolae iis uerbis compellari potuissent, quae quis quondam apud Liuum Soranis acclamabat: Ad arma, prob uestram fidem, ciues! Arx ab hostibus L. IX. capta est, ite, defendite!

F 2

(ψ) Cor-

(ψ) Corroborant hanc calculis suis Friderici sententiam, qua miles temerarius scalis nexilibus usus dicitur, *Aeneas Sylvius* l.c. *Nauclerus Chron.* Vol. II. Gener. 49. p. 1097. *Munsterus* L. III. *Cosmogr.* c. 426. *Sebast. Francus im Deutschen Chron.* p. 256. *Sethus Calvisius in Op. Chron.* p. 796. *Fabric. Orig. L. VII.* p. 771. *Albinus*, autoritate *Pauli Grefii* sisus, more suo de his quae-dam singularia addit, dum scalas, ex solido corio constan-tes, Kauffungum in horreo quodam, non procul a *Calen-bergo*, alii Kauffungo proprio, fabricasse existimat. *Meissn. Land-Chron.* Tit. XXI. p. 267. *Huldrichus Mutius in Chron. Ger. man.* L. XXIX. apud *Pist. T. II. Rer. Germ.* p. 301. paulo aliter *Magno*, inquit, itinere celeriter confecto, cum paucis uenit ad ar-cem, et quibusdam ferreis clavis per muros et rupes ascendit in ar-cem, inuenitque duos pueros in cubili dormientes, etc.

(ω) Per hunc quidem nullum alium ab Electore, quam **IANVM SCHVVEINIZIVM**, cuius mentionem etiam *Span-genbergius* in *Chron. Mansfeld.* c. 333. p. 389. *Albinus Meissn. Land-Chron.* Tit. XXI. p. 272. et *Mich. Boiemus in uit. Alb.* p. 7. faci-unt, indigitari, uix dubitamus. Ille enim, cum *Iohanne Schuual-bio*, id negotii sibi impositum esse putabat, ut praeparatis et communitis castelli fenestris, propositum Kauffungi, so-ciorumque ipsius maturaret. Hic posterior, **SCHVV AL-BIVS** a *Laurentio Peccensteinio*, P. III. *Theatr. Sax.* p. 133. *Schma-lius* dictus, natione Bohemus, (*Cita Criticus T. III.* p. 526. uult,) precibus muneribusq; Conradi, teste *Fabricio*, eo allectus esse fertur, ut se in aulam Electoris, ope imprimis amicorum Conradi, contulerit, et in eadem paulo post famulitii, uel, ut alii arbitrantur, exiguum culinae administrandae officium consecutus sit: id quod affirmant *Albinus* l. c. p. 266. *Dresserus Chron. Sax.* p. 443. *Binbardus Chron. Thuring.* L. III. p. 11. *Boie-mus* p. 7. in *uit. Albert. Seb. Mullerus Annal. Sax.* p. 30. Docu-menta Friderici, quod miramur, de nequissimo homine nihil

nihil plane tradunt. Hinc, fatemur, parum absuit, quin, silentium Principis secuti, iam recensita Scriptorum iudicia abiecissemus: sed, cum ipsius Schuualbii epistola, ad Kauffungum paulo ante commissum facinus clam transmissa, et a Critico T. III. Qu. 40. p. 257. publicae luci exposita, nobis obstat, mutauimus mentem, literasque coqui, declarandi proditionis criminis ergo, hic proferri duximus:

Dem  
Ehrbaren strengen JUNGER  
Curad von Kawfungen uf Kalenberg!

Meinen gynsiglichen lyben Jungfer  
zuzustellen zu ahygenen Handen.

Mein willig Dienst sampt alles lybs und gutes zubor.

Ehrbar Strenger lyber Jungfer.

**A**ls der Churfürst vestiglich peschlossen: hat uff morgen Sundages nach der Frümeß gein Lypzē zu wegfarten mit denn meresten Hofelüten/ och Muntag usn Abendt der Canzyler yn ee gelebete in synem Huse usrichten wirdet/ sammer mügen dehrby mannichveltige Höfelinge gewesen/ und uffs Schloß dacumalen allyn der oldte Eßmus Drabandten Dynst/ wellicher ast yngeschlefft magē werden/ der Pforthynner ist lagrich frank/ kan ich uñ nicht pergin/ yn gelubner truwe Ich selber gewertiglich zu dynen/ undt vwer Anstaltungē gewartin. Darnach Ihr Wch zu richten. Datum Aldenburg/ am Samstag nach Unser Frauen tage/ A. W.

HANS SCHWALBE.

F 3

Exin-

Exinde et illud liquet, quod aulici Friderici II. eo tempore  
in urbe uino somnoque indulserint, eamque ob rem plagia-  
rio nostro opportunam scelus patrandi occasionem suppedita-  
tauerint: quod etiam *Fabričius L. VII. Orig. p. 771. Albin. Meissen.*  
*Land. Chron. Tit. XXI. p. 267. Mollerus Annal. Freib. p. 100.* alii-  
que statuunt. MINISTRI Principum alias amici et uera regni

*Iugurtb.* *praesidia Sallustio audiunt, nec aliter eosdem Xenophondescribit:*  
*c. 30. L.* *g τόδε τὸ χρυσὸν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διάσωζόν εἶν, ἀλλ' οἱ*  
*VIII. long.* *πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέρατον καὶ αὐτοφαλέσατον.*

*a fin.* Sed nostros hoc loco non fulcra et columnas patriae, uerum  
arundines, leuesque canas, quae uel tenui aura motae hinc  
illinc nutant, uocando esse existimamus. Illi enim, immi-  
nente tanto uniuersae domui Saxonicae periculo, fidem, E-  
lectori sancte promissam, potissimum praestare debuissent:  
sed, proh dolor! loco fidei seruandae conuiuia epulasque, ab

*In Alcest. aliis institutas, celebrant, eoque ipso, Euripidis pronuncia-*  
*Aet. I. v.* tum firmo ueritatis talo niti, manifesto produnt:

*97.* *ἢ γάρ τι πάντες ἐν Φεονύσῳ κοιράνοις,*  
*ώς τ' ἐν κακοῖσιν ἐμενεῖς παρεσάντας.*

*Vid. Stibl.* Quare is non male ageret, qui, horum exemplis monitus,  
*in Eurip.* nullum unquam tam sapientem, tamque prudentem fuisse, disceret,  
*Cyclop.* quem non ebrietas mente et ratione priuarit, adeoque Aristotelis  
*Polit.* v. uerba sedulo secum perpenderet: *ἢ τε γάρ εἰνεπίθετο, ἢ τ' εὐ-*  
*c. 11. long.* *καταφεύγοντο ὡς νήφων, αλλ' οὐ μεθύων, ἢ δ' ἄγευπτο, αλλ' οὐ καθεύδων.*  
*a fin.*

Sed mittimus haec, et postremo alios, qui aliter sentiunt,  
et neglecto Schuualbii nomine Paedagogum, seu morum Ma-  
gistrum, Principibus instituendis praepositum, cum Kauf-  
fungo conspirasse, autumant, breuiter saltem contempla-  
mur. In his *Aeneas Sylvius ap. Freber. T. II. Rer. Germ. p. 70.*  
referendus est, cum quo ceteri, utpote Nauclerus, *Chron. Vol.*  
*II. p. 1097. Seb. Francus im deutschen Chronico p. 256. Munsterus*  
*Lib. III. Cosmogr. c. 426. p. 1004.* colludunt.

XI. Post-

## XI.

Post haec, ubi iam arcem ingressus erat, ocyus scalas ligneas, ( $\alpha\alpha$ ) quae non inepta sibi inuicem iuncturare spondebant, humiliori pariter ac commodiori loco applicat: quo facto iuniorum Principum ( $\beta\beta$ ) conclave adit, illosque, e lectulis perfida manu extractos, ad ministros suos, ( $\gamma\gamma$ ) sub radicibus arcis una cum XXXVI. equis delitescentes, deportat, ( $\delta\delta$ ) ipse in Bohemiam ( $\varepsilon\varepsilon$ ) cum Alberto ( $\zeta\zeta$ ) profecturus.

Haec omnia Placidus Elector in testimonio, toties iam citato, diserte describit:

Als er ins Sloß quam / rümete er ein ander Fenster / das er selbs/ diewile er Unser Voit zu Aldenburg was / mit Eisenwerg nach aller Nothdurft / so wir uns lassen bedüncken / und Im vertrueten / befesten ließ / an dasselbe Fenster er forze Holzleitern in einander geschrubet / anrichte / uf ein sulches daß er zu seiner Ußfluchte die Höhe vermyde / und ylende wegkommen möchte / Als er nu sine folger in der Zedel berürt / nach sinem willen ins Schloß brachte / suchte er die Gänge / die er fur uf dem Rechts Tage eigentlich besehen hatte / und ylete für unser lieben Sone Schlaffgemach / und offne-

öffnete das durch sine Künste / und nam die uß ihrer ruhe / und  
ylete mit den uß unsern Schloße zu sinen nachrytern / die uß yn  
mit sechs und drifig Pferden/ nahen bie Unsern Schloße/ war-  
ten/ und farte sich mit den gein dem Lande zu Böhmen/ des wegues  
ungesparet. Vid. VVeckius l. c.

*(aa) Cur uero Kauffungus alias, praeter nexiles, ad  
inferius arcis latus affigi uoluerit, id in causa fuisse uidetur,  
ut, si forsitan res minus ex uoto procederet, eo celeriori  
unacum suis fuga elabi posset. Ex his perspicimus, hominem  
atrocis sceleris reum semper cruciari sauciae conscientiae tormentis,  
semper hostem a tergo instantem suspicari, ut loquitur Casp.  
Eurip. Stiblinus. Hinc, quemadmodum similis fugienti aduenerat : ita  
mag. II. plenus trepidationis ac metus recessit, Augusti Buchneri uerba sunt.*

*(ββ) FRIDERICVS II. Saxoniae Elector, Misniaeque  
Marchio, ob eximiam animi modestiam Placidi nomine in-  
signitus, ex MARGARETHA, Ernesti, Austriae Archi-Du-  
cis, Filia, et Friderici III. Imperatoris Sorore, tum quinque  
suscepit Filios, Henricum scilicet et Alexandrum, primo statim  
aetatis flore mortalium rebus exemptos, Fridericum, d. 24.  
Aug, anno 1439, uix decem annos superstitem, ERNE-  
STVM, d. 25. Mart. anno 1441., ALBERTVM, d. 27. Jul.  
anno 1443: tum etiam quinque numero Filias, Amaliam, an-  
no 1435, postea Ludouici Diuitis, Bauariae Ducis, Con-  
iugem, Annam, d. 7. Mart. anno 1437., Alberto, Electori Bran-  
denburgico in matrimonium datam, Aureliam, quae pree-  
mature dehinc migravit, Hedwigem, Abbatissam Quedlin-  
burgensem, et denique Margaretham, itidem Seufelicensis Ab-  
batiae praefectam. Conf. Fabric. in Elector. Sax. p. 21. El. Reus-  
ner. in Genealog. Stemmat. Vitichind. p. 35. Anton. VVeckius in  
- Descr. Dresd. P. II. Tit. I. p. 119. Inter priores igitur liberos uni-  
ce tum temporis restabant Ernestus et Albertus, ceteri uirilis  
sexus iam ante eiuuis excederant. Hos duos Kauffun-  
gus*

gus subdole aggreditur, eosque initio, ut *Fabricius* autor est, blandis uerborum lenociniis hortatur, uelint sponte et laetato animo sequi, nullum uitae discrimen inde metuendum esse: Sin minus obsequantur, iisdem mortem intentat. uid. *AEn. Sylvius* ap. *Freher. T. II. Rer. Germ. p. 70. Nauclerus Chr. Vol. II. p. 1097. Munster. Cosmogr. L. III. c. 426. p. 1004. Mutius apud Pistor. T. II. Rer. Germ. p. 301. Seb. Francus im deutschen Chronico p. 256. Spangenberg. Chron. Mansfeld. c. 333. pag. 397. Gottfridi, Chron. Hist. P. VI. f. 667. etc. Paulo post in Principum contubernales tanto inuehitur furore, ut eos omnes, qui uel pedem dehinc mouerent, uel minimum, quocunque modo id fiat, strepitum excitarent, sese gladio necaturum esse, minatus sit. *Fabrie. Orig. L. VII. p. 771. Albin. Meissn. Land Chron. Tit. XXI. p. 268. Dresser. Chron. Sax. p. 444.* Nec istud omiserim, quod *Ernestus*, primus omnium ex parte factus, cum hostes adesse intelligeret, uirgini cuidam, iam annis prouectae, cui Principum cura in aula Fridericana multis abhinc annis tradita erat, acclamasse dicatur: *O Bule! Bule! Rung von Kauffungen ist da/ und will uns erwürgen: o sagt es bald der Frau Mutter/ daß sie uns helffe.* Conf. *Albinus l.c. p. 267. et ex eo Dresser l.c.* Frustra, Optime Princeps, Matris Tuae, quippe quae et ipsa dolis Kauffungi, obseratis per totam arcem foribus, et obditis ubique repagulis, circumuenta, auxilium imploras! Frustra ab inermi *σκεύαι* praesidium quaeris! Acquiescendum potius in uoluntate et proteruia scelesti militis. Dum haec geruntur, *Albertum*, pro sua fallendi hostem versutie, sub sponda paulisper sese occultasse, et hinc Vilhelnum de Mosen, ubi a Kauffungo, Ernestum abducturo, id mandati acceperat, ut natu minorem auferret, loco Alberti, iuniorem quendam Comitem Barbensem, in aula Electoris cum ceteris educandum, comprehendisse scribunt *Fabricius, Mich. Boiemus inuit. Alb. p. 7. Albinus, Dresserus,**

G

aliique

aliique cc. ll. qui et hoc pariter, Conradum errore animaduerso et assumto Comite, denuo arcis fastigia petuisse, Albertumque, e latebris suis protractum, ad socios suos deportasse, commemorant.

(yy) Kauffungus, praeter eos comites, quos supra iam recensuimus, alios adhuc ad arcem attulerat, eosque ad ima montis primordia cum magna equorum multitudine excubias agere iusserat. Quot autem praecise eorum fuerint, non adeo cognitum habemus: *Mich. Boiemus tamen, in uit. Albert. p. 7. apud C. S. Schurzleisch. Disp. Hist. XXIX. Conradum collectis XXXII. iterumque aliis XXXV equis, et adhibitis VIII. complicibus aduenisse, praeterq; hos, X socios ad Principium strata allexisse, nobis persuadere conatur. Ceteri, ut Albinus Meissn. Land Chron. Tit. XXI. p. 267. Dresserus l. c. Binhardus Chron. Thur. L. III. p. II. inter se congruunt, summatimque X. socios et XXXV. equos numerant.*

(dd) Vtrum Filii Electoris per aream, arcis contiguam ablati, an uero beneficio funium de scalis demissi sint, res plena dubiis est, et neutra ex his sententia magni ponderis argumentis destituitur. Qui enim illam defendunt, *primum Schunalbii epistola, ad Kauffungum data, et supra a nobis huic Historiae inserta, nituntur, et ex ea portitorem morbo labrassae, Asmum uero satellitem ob ingrauescentem senectutem ad somnos ualde procluem fuisse, eamque ob rem Kauffungo facile exitum per aream patuisse, demonstrant. Deinde autoritates quoq; aliorum, et in his praecipue Fabricii allegant: Conrado, inquit ille, non necesse erat, ut alii scribunt, de fenestra altissima funibus aut scalis demittere Principes, sed per arcis portam incustoditam, (id enim curabat coquus, facinoris administer) ambos educit. L. VII. Orig. p. 771. nec dissentunt Albinus Tit. XXI. p. 268. Dresserus Chron. Sax. p. 444. aliique. Inde Matre*

Matre Principum, Margaretham, his turbis iam excitatam, ubi Albertum iuniorem manu Kauffungi comprehensum, et per aream arcis deductum, conspicata fuerit, ita raptorem allocutam esse iidem scriptores perhibent: *Lieber Kunz / thue nicht so übel an mir/u. meinen lieben Herrn/ verschone meine Kinder/es sollen alle deine Sachen noch gut werden.* Contra uero, qui alteram, ceu magis rei gestae conuenientem, tuentur, ad documenta Electoris, cui plus fidei hac in parte habendum, prouocant, Kauffungumque eum in finem, superato iam castelli cacumine, scalas ligneas humiliori loco adaptandas curasse tradunt, ut Principes, euitata arcis altitudine, eo citius de iisdem demitti possent. Nec sibi deesse aliorum suffragia affirmant, quippe hanc sententiam suam facere *Spangenbergium in Chron. Mansfeld. c. 333. p. 389. Gottfridi in Chron. Histor. P. VI. 667. Michaelm Boiemum in Vit. Albert. p. 7.* (ut adeo impingat hic *Disputator Lipsiensis*, qui Boiemo contrariam sententiam affingit, eoque ipso negligentiae culpam incurrit.) Tandem, quo minus priorem amplectantur, hanc causam interserunt, militem nostrum eadem ratione, si porta a uigilibus relicta fuisset, arcem intrare potuisse, qua postea extractis eluctulis liberis, exitum quaesuerit. Hinc omnino hocce Fratrum par non per aream, sed de scalis demissum esse, contendunt. Sed quicquid huius rei sit, et quicquid de utroque statuatur, id non adeo in magno ponemus discrimine, modo istud saluum, certumque maneat, quod de ipso Principum raptu, a nefario homuncione tentato, in tot antiquitatum monumentis relatum legimus. Itane igitur militem uirtutem suam in pueris, qui omnis iuuenilis roboris adhuc expertes, comprobasse decet? Itane ille copiarum Dux, qui antea aperto Marte ualidissimas saepe urbes obsidione cingere, uel etiam expugnare poterat, furtiu-

G 2

no-

nocturnaque in arcem ascensione delectatur? Pudeat tan-  
tum commisisse scelus, quod nullis temporum iniuriis, nulla  
posteriorum memoria unquam excidet! O dedecus! O ingratii  
animiciuem, qui beneficia, ab Electore toties accepta, imma-  
*L. IV. Æn.* illud inscriberet, quod uel *Mantuanus*:  
*v. 366.*

*Perside, te duris genuit de cautibus horrens  
Caucasus, Hyrcanaeque admirunt ubera tigres,*

*L. III.* uel *Sulmonensis* Poeta alicubi cecinit:

*Trist. Eleg.*      *Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino,  
II.*                  *Et dicam, silices pectus habere tuum.*

(ee) BOHEMORVM natio ferox, et in armis, ut uide-  
tur, ab incunabulis ueluti educata, infensas olim cum uicinis  
Misniae colonis aluit lites, eosdemque haud raro, facto sub-  
inde impetu, adeo impugnauit, ut odia haec illi connata quasi  
ac perpetua fuisse, iures. Nam conditores rerum Misnicar-  
rum consulturis facile patebit, quanta crudelitate PROCO-  
PIVS RASVS, imperterritus gentis, quae ab *Husso* nomen  
tulit, defensor, anno MCCCCXXIX, defuncto iam Frid-  
erico Bellicofo, Saxoniae Electore, patriae nostrae fines pro-  
secutus, uniuersas *Dresdensem*, *Dippoldisualdensem*, *Pirnensem*,  
ceterarumque urbium ditiones, nullo mortalium resi-  
stante, deuastauerit. Nec postea incursionibus istis finis da-  
tus, sed *Procopius*, tanto uictoriarum cumulo huc tum elatus,  
non solum anno MCCCCXXX, ex iisdem tractibus, tali  
quidem successu praedas egit, ut et IOHANNEM de PO-  
LENZ, Nobilem Misnicum, qui, adhibitis octingentis equis,  
hosti, *Mulda* fluum traiecturo, remoras iniicere uolebat,  
in fugam coniecerit: uerum etiam anno MCCCCXXXII  
tertium rediit, exercitumque suum ad *Lipsiam* urbem stitit.  
Dehinc, mortuo Procopio, GEORGIVS PODIEBRADIVS,  
summis

summis Bohemorum rebus admotus, non minori armorum  
uiolentia regiones Misnica aggressus : siquidem is anno  
**MCCCCCL.** ex Vilhelmi, Landgrauii Thuringiae, instinctu,  
quod supra iam diximus, inueteratas inter utrumque popu-  
lum inimicitias, exustis undiquaque uillis ac oppidis, longi-  
us latiusque propagauit. Conf. imprimis *Andr. Mollerus Annal.*  
*Freib.* p. 79. seq. *Fabric. Orig.* L. VII. p. 762. *Albin.* Tit. XXI. p.  
265. et *Anton. VVeckius Deser.* *Dresd.* P. II. Tit. I. p. 119. Quare  
Kauffungus noster, cui haec talia satis nota, uix ullibi meli-  
us, firmiusue, quam in Bohemia, nequitiae suae asylum, quo  
raptos Electoris Filios deferret, se se inuenire posse iudicauit.  
Periculosem sane Conradi consilium : Si enim cum Princi-  
pibus illuc, quo tenderat, peruenisset, nullum est dubium,  
quin eos, uel accepto ingenti auri pondere, Bohemis uendi-  
turus, uel saltem Fridericum II. ad ineunda quaevis pacta,  
et restituenda Vicethumiana praedia, compulsurus fuisset:  
de quo etiam conf. *AEn. Sylvius ap. Freher.* T. II. *Rer. Germ.*  
p. 70. *Nauclerus Chron.* Vol. II. p. 1097. *Munsterus Consim.* L. III.  
c. 426. p. 1004. *Francus im deutschen Chron.* p. 256. *Mutius ap.*  
*Pistor.* T. II. *Rer. Germ.* p. 301. *Fabricius Orig.* L. VII. p. 771.  
*Spangenbergius Chron.* *Mansfeld.* c. 333. p. 397. *Albinus Meissn.*  
*Land Chron.* Tit. XXI. p. 269. *Gottfridi Chron. Hist.* P. VI. p. 667.

(?) Hic primo loco obseruari meretur, quod Kauffungus post diuisam cum sociis praedam, ipse *Albertum*: Vilhel-  
mi uero de *Mosen* et de *Schonfels*, ceterique *Ernestum*, per a-  
liam uiam abducendum, sumserint, et ante suscepsum iter  
ita inter se conuenerint, ut alter, uno ex raptoribus for-  
san intercepto, tamdiu alterum Principem in seruitutem re-  
tineret, quamdiu utrique parti et uenia factorum promissa,  
et ea, quae Kauffungus ab Electore semel iterumque postu-  
lauerat, tradita ac soluta fuerint. conf. *Fabricius, Mich. Boiemus,*  
*Albinus, Dresserus, VVeckius, ll. cc. Birckius S. H. S. XLI.* p. 424.

*Secundo illi nobis reiiciendi sunt, qui ambos, Ernestum et Albertum, a Conrado ad Bohemiae fines prope delatos esse perhibent, cum tamen ex Friderici documentis longe aliud et diuersum quid perspiciamus. In eorum ergo numero haud dubie princeps est Botho, qui in Chron. Brunsuic. Picturat. ap. illustr. Leibnitium T. III. Scriptor. Brunsuic. p. 400. ita loquitur:*

*Hertoghe Frederick to Sassen, Marggreven Frederiekes Sone to Myssenlant, Greve to Doringh de Korforste. He nam Margaretam, Hertogen Fredericks dochter in Osterick, Keyser Fredericks Suster, de telde öm tuvey Sone. Eynen Ernest, de na öm eyn Korforste vuart. Und eynen Albrecht, de vworden öm alle beyde stolen von der borch Altenborch, dat dede eyn de heyt Cuntze van Kauffinge unde brachte se in dat holt. Dat ganse land vuart vvach unde jagede na, unde kregen de jungen Heren vvedder, unde Cuntze van Kauffingen vvard gefangen, unde seyn bovet affgeslagen.*

*Cum quo pariter Paulus Langius in Chron. Critic. ap. Pistor. T. I. Rer. Germ. p. 865. Huldr. Mutius ap. eundem T. II. p. 301. Spangenberg. Chron. Mansf. c. 333. p. 398. Seb. Francus in deutschen Chron. p. 256. Gottfridi l. c. aliique consentiunt.*

*Tertio denique nec istud ignoretur uelimus, quod de hac quaestione: Vtrum Albertus alii, an uero Kauffungi equo impotitus sit? a Scriptoribus domesticis non unum idemque teratur iudicium. Albinus sane Meissn. LandChron. Tit. XXI. p. 269. et ex eo Dresserus, Chron. Sax. eum parippo, (uulgo ein Hand, Roß/) ad latus Conradi uectum esse opinantur: Fabricus uero, L. VII. Orig. Sax. p. 771. et Mich. Boiemus in uit. Albert. ap. C. S. Schurzfleisch. in Disput. Histor. p. 7. ceterique, qui horum sententiae subscribunt, posterius statuunt.*

## XII.

## XII.

AEGre id Misnica Friderici pubes paf-  
fa: quare eadem, ex urbe effusa,  
uelut agmine uno petit uias publi-  
cas: alii uehementi campanarum  
pulfu (*m*) finitimos commissi crimi-  
nis confirmant, alii per agros dilabun-  
tur, nec prius incepto defistunt, quam  
ut ope Carbonarii cuiusdam (*99*)  
Kauffungum, (qui una cum binis (*u*)  
in syllua Pratouallensi (*uu*) Albertum,  
ab itinere defessum, et uili ciborum  
genere (*λλ*) reficiendum, tenebat,)  
deprehenderint, et ipsis Kiliani fastis  
Zuiiccauiam (*μμ*) capituum abduxer-  
int: Albertum uero liberatum eo-  
dem die ad Abbatem Grunhanien-  
sem (*νν*) detulerint.

Verba Electoris, quae huc pro more nostro apponantur,  
denuo digna esse, iudicamus:

Des morgens am Dinstage Kiliani umb die neunde Stunde wor-  
den

den Unsern uff Sloß zu Altenburg Eunzen und seiner Helffer in der Zedel benannt / sche des briff noch der tat geantwort worden die Unseren bereite / und folgten ihm alsbalde noch uff frischen Füsse / und quamen Eunzen an und Unseren lieben Sohn Herzog Albrecht / den er selb dritte bie ihm hatte / im walde bie dem Closter zum Grünhahn / und brachteu unsren Son vom ihm / und fingen Eunzen am Dienstag Kylian zu unsren handen / der gein Zwiedau in Gefengnüße geantwort wart.

(m) De tumultu ac strepitu, ab insequentibus ubiuis moto, plena sunt *Aeneae Syluii, Bothonis, Naucleri, Munsteri, Franci, Mutii, Boiemi, Fabrieii, Spangenbergii, Albini, Dresseri, Binbardi, Schmidii, Mollerii, VVeckii, ll. cc. uolumina, nec pauci eorum, quod facile credimus, aera campanarum, in templis publicis fixa, ubique locorum et per omnes Friderici regiones pulsa fuisse tradunt: tanto quidem fragore, ut et, si Herm. Sudenio, T. III. Crit. Qu. 40. p. 535. fides habenda est, Vulturnii, (uulgo Gever) quod uetus in Hermunduris oppidum et Ephoriae Annaemontanae, speciatim Dioecesi Bucholzeni insertum, non exiguae magnitudinis campana, uehementioribus pistilli ictibus saucia, disrupta dicatur.* Hanc postmodum anno MCCCCCLVI. Fridericus Placidus denuo circumfundit et reparari iussit, cui altero in latere Ernesti et Alberti, in altero uero Kauffungi et Carbonarii imagines impressae: ad superiorem metalli partem haec:

*Filiolos KVRT abripiebat Saxonis: ergo  
Redditionem hoc aes Christipare memorat:  
ad extremam' uero ipsius oram illa uerba exsculpta fuere:  
Aufgiente Ducum plagiario rupta, sed Almi  
Ensiferi sumtu sum reparata Patris.*

(99) CAR-

(99) CARBONARII uirtutem et fidem , publice datam,  
 Elector in literis suis penitus praetermisit , cum contra omnes fere rerum gestarum scriptores eius mentionem faciant , ita tamen , ut diuersas de eodem foueant opiniones . Alii enim , omisso ipsius nomine , eum non ut vindicem ac liberatorem , uerum ut hospitem Alberti describunt : ita AEn . Sylvius ap . Freber . T . II . Rer . Germ . p . 70 . sentit : *Iamque periculum omne transmissum putabat , cum iunior captiuorum labore ac fame deficiens , et quietem simul et cibum poscit , cuius precibus commotus praedo ad CARBONARIUM quendam diuertit , afferrique panem et cereuisiam iussit : nec discedunt ab hoc Paul . Langius Chron . Citic . ap . Pistor . T . I . Rer . Germ . p . 865 . Nauclerus L . Ill . Chron . Vol . II . p . 1097 . Seb . Munsterus Cosmogr . L . III . c . 426 . p . 1004 . Francus in Deutschen Chron . p . 256 . Huldrichus Mutius ap . Pistor . T . II . p . 301 . Spangenberg . Chron . Mansf . c . 333 . p . 389 . Mich . Boiemus in uit . Albert . p . 8 . Gottfridi Chron . Hist . P . VI . p . 667 . Alii rem aliter sic enunciant : Carbonarius , ( qui Albiz . Meißn . Land Chr . T . XXI . p . 274 . Baccalari , Critico uero T . III . Qu . 40 . p . 537 . G . Schmidius nominatur , ) ubi Kauffungum , Kauffungique equitem , in sylva fraga legentem , simulque Albertum , ex cuius uultu , ( conf . Fidelissimi in Studio Theologico Praeceptoris nostri , Magnif . DN . D . WERNSDORFI  
*Dissertatio de Henrico Pio , anno 1694 . hic loci uentilata , ) ac habitu iam egregia plane indoles et eminentiores ipsius natales facile coniici poterant , contemplatus erat , nouitare rei attionis Conradum , pro more silvestrium hominum , audacter interrogat , qui de puero moliretur , et quorsum cum eodem tenderet ? ad quae ille sic respondet : Es ist ein böser Bube / ( quis uero Kauffungo nequior ? ) welcher seinem Herren entlauffen / den muß ich wieder heimbringen . Hoc facto paulisper raptor a via deflectit , et ad profundos nemorum recessus delatus , calcaribusque suis tenero fragorum**

H

germi-

gemine implicitus, in terram prolabitur: quod quum uideret Albertus, clam Carbonario haec insurrit: *Ich bin ein Fürst von Sachsen/ mache mich los/ mein Vater soll dies wohl gelten.* Facile is iunioris Principis sermoni obsequitur, hinc iacentem apprehensa sude eo usque urget ac deprimit, donec tandem, exorto tumultu, quem canis ciebat, et ipsa Carbonarii uxor interuenit, quae illico, praedenes adesse suspicata, dato, ut solent, signo, (sonitum enim percussa securi cultro faciunt,) uicinos aduocat, quorum cunctu id praestitum, ut Kauffungus, humi adhuc prostratus, in uincula coniiceretur, paulo post Cygneam abducendus: ita differunt *Fabricius, Orig. Sax. L. VII. p. 772. Albinus Meissn. Land Chron. Tit. XXI. p. 270. Dresserus Chron. Sax. p. 445. Collectores Lexici Historici sub uoc. Kauffungen p. 249. Birckius S. H. S. XLI. p. 424.* qui et, seruum Conradi, ubi Albertum Carbonarii auribus quidpiam inspirasse uiderat, ense uaginam nudasse, caputque Principis prope feruisse, tradunt. Illi in defectu, hi in excessu peccant: illi de Carbonario liberatore prorsus silent, hi eundem nimium, quam par est, extollunt. Nos medium denuo uiam diligimus, nec *primo* eo audaciae progredimur, ut istum omni laude meritisque suis, quae ducento ad Albertum insectantes imprimis praestitit, defraudare uelimus. Obstant enim nobis tot Friderici munera, in eum benigne collata, quin et toga ipsius *Ebersdorffii* suspensa, aliaque id generis documenta, quae omnino scrupulum dubitantibus eximunt, Carbonariique erga patriam, patriaeque Patrem pietatem corroborant. Illud tamen *secundo* ut credamus, uix adduci possumus, quod nimis solus Kauffungum fuste de fundo precipitem egerit, quandoquidem duo equites, quos secum habebat raptor, uix tantum desidiae litasse putandi sunt, ut miseram heri sortem et plagas Conrado infictas siccis, quemadmodum loquuntur, oculis aspicere potuerint. Non satis igitur miramur,

qui

qui factum sit, ut *Disputator Lipsiensis* cramben hanc, quam *Fabricius*, aliique toties apposuerunt, ad nauseam recoxerit, cum tamen Kauffungum a duobus equitibus, (qui uerbera huiusmodi facile auertere poterant,) constipatum fuisse bene nouerit. Eandem cantilenam canit *Criticus T. III. Qu. 40. p. 538. sequ.* Hinc *tertio* magis consultum erit, si eorum partes tueamur, qui Carbonarium, a Kauffungo in proximum uel oppidum, uel pagum, opsonia afferendi causa, missum, et a Friderici II. subditis tam felici fato offensum esse arbitrantur, ut tandem, uestigia uiri illius secuti, ac de nouis in sylua hospitibus certiores facti, ad eum locum peruenierint, ubi Kauffungustum capienda quietis gratia, haerebat. Et sic facile euenire potuit, ut et Carbonarius, qui suos hospites raptore, contra uero plurimos sibi socios adesse intellexerat, sude uel alio instrumento Conradum, carceris molestias armis forsitan depulsurum, probe triuerit, quod opus alias solus uix aggressus fuisset.

(ii) Conradus Kauffungus *decem* complices secum in arcem Altenburgensem attulit, quorum catalogus supra ad *Aph. X. p. 38.* exhibetur: hospostea, ex eadem discessuros, duo Ianus Schuueinizi, *Boiemo Explorator* dictus, et coquus Schuualbius comitati, *duodenarium* numerum constituerunt. Praeter hos ad radices arcis quosdam, (*quatuor* ut uidetur,) quibus raptore equos suos custodiendos tradiderant, excubias egisse, iam fuit demonstratum. uid. *Aph. XI. p. 45.* Collatis igitur rationibus, et subducto accurate calculo, *sedecim* sceleris ministros deprehendimus. Ex his *sex*, cum Kauffungo profecti, eam, quam ipse tulit, conditionem subierunt: *duo* enim d. VIII, *quatuor* uero deinceps d. XXII. Iul. testibus *Spangenbergio Chron. Mansf. c. 333. p. 398.* *Albino, Dressero, ll. c. Laurentio Vilhelmi in Descr. Vrb. Cygn. p. 197.* intercepti. Reliqui, qui Ernestum Principem per aliam viam abduxerunt.

abduxerant, sex, et insimul XIV. equos, (non X, ut *Disputator* sentit,) amiserunt conf. Friderici uerba, infra ad *Aph.* **XIII.** producende. Sic *duodecim* cum ipso Conrado in custodiam dati, ceteri praesidium in fuga quaesiuere : Vilhelmi de Mosen et Schonfels, assumtis Ernesto et duobus famulis, speluncam ingressi, tandem, trium dierum spatio interie-  
to, redditioque Principe, salutem impetrarunt. Alii hic non leuiter, in numerandis raptorum seruis, impingunt, equitesque Kauffungi cum Moseni Schonfelsiique sociis confundunt. *Fabricius* enim *L. VII. Orig. p. 752. Mich. Boiemus uit. Alb. p. 9. Albinus, Dresserus, etc.* Conradum *quinque* praemisisse, *unicum* uero secum retinuisse, huncque cum ipso Kauffungo, illos uero eodem die, *VIII. Iul.*, curante id *Grunhaniensi Abate*, captos esse uolunt. Literae Friderici de his nihil habent, contra autem duos equites Kauffungo adfuisse, sex alios uero, non Conradinos, Mosenianos, Schonfelsianosque ab insectantibus comprehensos indigitant. Cum Scriptoribus modo citatis *Criticus T. III. Qu. 40. p. 540.* more suo, et neglecta Electoris fide, consentit : *Spangenbergius* contra in *Chron. Mansfeld. C. 333. p. 398.* recte duos Kauffungi socios cum domino captos statuit.

(ii) *Aeneas Sylvius*, et quem imitantur ceteri, *Nauclerus Chron. Vol. II. p. 1097. Paulus Langius ap. Pistor. T. II. Rer. Germ. p. 865. Seb. Munsterus Cosmogr. L. III. c. 426. p. 1004. Huldrich. Mutius ap. Pist. T. II. Rer. Germ. p. 301.* Siluam *Hercyniam* intelligunt: magis accurate illi scribunt, qui Kauffungum, commisso scelere, primum per nemus (*Leine* uocatum,) Altenburgo proximum, tum per sylvas *Rabensteinenses*, *Elterlam* uersus, Oppidum in Hermunduris situm, communis nomine *Elterlein* appellatum,) tanta celeritate iter naturasse putant, ut et mane ditionem *monasterii Grunhaniensis*, postea uero, pulsu campanarum monitus, Siluam *Pratouallensem*, (*den Wiesenthäler Wald*) non procul a dilecta patria nostra, *Cro-*  
*terno*

*tendorffio* (uulgo *Crotendorff*) primordia sua capientem, ingressus, fere ad fines Bohemiae, qui uix dimidio lapide abhinc distabant, peruenirit. conf. praecipue *Albinus Meissn.* *Land Chron.* Tit. XXI. p. 269. *Fabricius L.* VII. Orig. p. 771. *Mich. Boiemus in uit. Alb.* p. 8. *Dresserus l.c. Gottfridi Cbron. Hist.* P. II. fol. 669. *Anton. VVeckius Descr. Dresd.* P. II. Tit. I. p. 123. *Lexicon Historic.* sub uoc. *Kauffungen* p. 249.

(λλ) Hic in sententiarum diuortiā abeunt Historici: alii, utpote *AEn. Sylvius*, cuius uerba ad hunc Aphor. protulimus, *Paulus Langius, Nauclerus, Francus, Munsterus, Mutius, Spangenbergius, Boiemus*, ll. alleg. alimenta a carbonario iussu Kauffungi allata: alii uero, *Fabricius scilicet, Albinus, Dresserus etc.* fraga, quae ibi abundanti quotannis copia procrescere non nescimus, a plagiariis lecta esse arbitrantur. Nos utrumque concedimus, nihilque absconi, uel, quod sibi inuicem repugnet, hoc loco inueniri, existimamus. Eo enim tempore, quo Carbonarius in uiciniam allegatus fuerat, facile Kauffungus, ut quodammodo saltē Alberti sitim, famenque placaret, de equo descendere, et iunioris Principis, fortasse etiam sui gratia fraga legere potuit: quod non obseruauit *Disputator Lipsiensis*, qui prioribus temere reiectis, ad posteriores, uelut ad sacram ancoram, confugit, eorumque autoritate se tutum fore ratus est. Nec istud praeterimus, *Albinum*, una cum suis affeclis, in eo discessiōnem facere a *Fabrio*, quod Albertum simul quoque cum Kauffungo in eodem fraga quaerendi studio occupatum fuisse statuerit. Denique teste citato iam Scriptore, *Albino*, Albertus, in libertatem uindicatus, haud raro dixisse fertur, se diutius omnino et famem tollerare, et equo insidere ualuisse: quod autem remoras hasce iniecerit, id ideo factum esse, ut Kauffungus paulisper a sua detineri, et persequentes eo citius uestigiis raptorum instare potuissent. uid. *Meissn. Land Chron.* Tit. XXI. p. 270.

(μμ) ZVVICCAVIENSIVM origines, progressus et res gestas hic proponere, nimis longum foret, ideo labore hoc libenter in praesenti supersedemus, imprimis cum uul-  
kum non fugiat, quod *Paulus Langius, Tob. Schmidius, Lauren-  
tius Vilhelmi*, aliisque nobis hac in re otia fecerint. Quapro-  
pter solummodo nunc annotasse sufficiat, eandem hanc ur-  
bem Conrado, a Friderici II. ciuibus capto, insimulque duo-  
bus seruis ipsius, (de quibus tamen Historici nostri nihil pro-  
dunt;) d. VIII. Iul. et sequentibus, hospitium, quamuis in lo-  
co squalido, eamque ob rem minus gratum, acceptumue  
dedisse. conf. *Fabricius Orig. L. VII. p. 272.* *PWeckius f. c. Seb.  
Mnller. Annal. Sax. p. 30.* Alii Kauffungum primo ad *Abbatem  
Grunhaniensem*, postea uero, eodem die, *Zvvcaviam*, (quam  
alii Zuuiccam et Cygneam nuncupant,) deductum fuisse,  
contendunt. uid. *Andr. Moller. Annal Freib.* p. 100. *Lexicon Hi-  
stor. sub. uoc. Rauffungen* p. 249.

(νν) GRVNHANIVM, (ab incolis Grünhayn dictum,) olim in tractu metallifero non incelebre monasterium, largos diuitesque religioso Patrum, qui S. Bernhardi legibus adstricti erant, coetui fudit redditus. uid. *Albin. Meissn. Land  
Chron. Tit. XXII. p. 298.* Postea, ubi noua, eademque pu-  
rior Sacris in Hermundurorum regionibus lux affulsit, non  
mirum, quod et iste locus graue Romani Pontificis iugum  
excusserit, pauloque post *Praefecturae dignitatem acquisine-  
rit*: qua etiamnum fruitur, et sub felicissimo *Sarmatarum  
Recis. FRIDERICI AVGVST.* Imperio indies maiora in-  
crementa capit. Ferrum, quod ex Grunhaniensi terra *Ra-  
scha*m uersus, (Germanice *Rasche*) effoditur, *Agricola L. II.  
de uet. et nou. metall. p. 413.* admodum commendat. Quo no-  
mine *ABBAS Coenobii Grunhannensis* tempore Friderici Pla-  
cidi fuerit insignitus, uix ullibi, neque adeo ex Electoris li-  
teris, quod miramur, perspicere potuimus: interim tamen  
ipsius

ipsius fama , pietas et amor, quo Serenissimam Domum Saxoniam tum complexus est, adhuc in omnium fere scriptis egregie uiget. conf. *Fabric. Orig. L. VII. p. 773. Albin. Tit. XXI p. 270. Dresserus l. c. Moller. Annal. Freib. p. 100.* Nec istud quidem immineto: hic enim Albertum d. VIII. Iul. non solum benigno liberaliterque praesidio suo, quin & hospitio, dignatus, uerum etiam eundem sequenti IX. Iul. ad piam Matrem ferricurauit: in quo nobiscum consentientes habemus *Fabritium l. c. Mich. Boiemum in uit. Albert. p. 10. Albin. l. c. p. 271. Dresserum, Andr Mollerum, ll. cc. Seb. Mullerum Annal. Sax. p. 30. aliosque.* Discedit tamen ab his *Spangenbergius Chron. Mansf. c. 333. p. 398.* dum Albertum d. X. Iul. Altenburgum rediisse contendit.

### XIII.

**Ceteri Conradi locii, Vilhelmi de Mosen et Schonfels,** sex seruos in fuga amittunt: inde assumtis aliis duobus in abruptam montis cauernam (ξξ) cum Ernesto fugiunt, eoque in loco per tres dies commorantur, donec tandem, datis ad ERIDERI-CVM SCHONBURGIVM (οο) literi, (ππ) natu maiorem Electoris Filium, ueniam sceleris antea pacti, tradendum pollicentur: quod cum in ar-

in 'arce Hartensteina (ee) d. XI. Iul.  
(σσ) praestitissent, hic etiam Prin-  
ceps eodem die Chemnitium (ττ)  
defertur.

De his in publica facti huius declaratione Fridericus ita lo-  
quitur :

Fürder liessen die unsern mit der Folge nicht abe/ und fingen siner  
Gesellen in der Flucht sechs/ die mit unsern lieben Sone Herzog  
Ernste einen andern weg/ gien dem Lande zu Böhmen ußgi: flohen  
waren/ und drungen den Bliehenden vierzehn gesatelte Pferde  
abe/ Als nun unser Bliehende also gedrungen worden/ teiletet  
sie sich abermals im walde/ daß irer vier/ nehmlich Wilhelm von  
Mosen/ und Wilhelm von Schönfels/ mit zweyen i:en Knech-  
ten/ mit unsern Sohne Herzog Ernste/ im walde in einer Steins-  
rizen in grossem ungeferte bißuff den Fritag nach Kiliani sich ent-  
hielten/ Was unserm lieben Sohne guts zu sines Leibes noth-  
durft die Zyt erboten ist/ mögit ihr merden/ (Sic est, *mitissime*  
*Elector*: recte sapienterque coniicis: teste enim *Mich. Boiemio*  
*in vita Albert.* p. 9. nullo alio cibo, quam fragis et radicibus  
herbarum, aquaque palustri Flius Tuus uictitasse dicitur!)  
am selben Frytag griffen Wilhelm von Mosen und Wilhelm von  
Schönfels zu Herzen/ und erkanten ir übelstat/ auch das Cunz  
gefangen was/ und antworten unsern lieben Sohn Herzog Ernste  
uff den Hartenstein/ dem Edlen ern Friedrichen von Schönburg/  
unsern lieben Getreuen/ der uns unverhalten zu erkennen gab durch  
sine Schrift/ das unser siebe Sone bie ym were/ alles dinges un-  
verseret/ und on alle Gebrechen/ und brachte uns den mit ym uf  
hemselbn Fritag in unser Stadt Kempniz.

(ξξ) Illi enim ex uehementi campanarum sonitunon a  
liter

liter, quam Kauffungum iam manibus instantium teneri, sentire poterant: hinc metu anxii primo ad *Sacerdotem Hartensteinensem* cum Ernesto diuertere moliuntur, (ut *Albinus Dresserus, Criticus, aliquique uolunt,*) sed, eo tum absente, plus ultra tendunt, tandemque sese in cauernam, non procul ab arce STEINA, ad *Muldam* fluuium sita, infra Montem, qui nunc a *Nive* nomen adeptus est, abscondunt. conf. Autores iam citati: quibus addatur *Vvetkius, Descr. Dresd. P. II. Tit. I. p. 123.* Alii contra, utpote *Fabricius L. VII. Orig. p. 773.* huiusque comites, eosdem in siluestri antro iuxta *Eisenburgum* latuisse, scribunt.

(oo) *Illustres DOMINI de SCHONBVRG et antiquitate generis, (uix enim splendidissimae Familiae huius origo indagari potest,) et gloria Maiorum, uirtutibusque suis iam longo annorum decursu maxime floruerunt: id quod ne abs redixisse videamur, in praesenti ad testem fide dignissimum, ILLVSTREM AC EXCELLENTISSIMVM DN. BERNHARDVM ZECHIVM, AEui nostri MAECE-NATEM, qui in hisce talibus, ceterisque studiis, unicuique palmam omnino praeripit, nobis prouocasse et liceat, et sufficiat. uid. Europ. Herold fol. 342. Ex horum numero etiam tempore Friderici Placidi emicuit FRIDERICVS SCHONBVRGIVS, Dynasta in *Hartenstein, Waldenburg* et *Glaucha*, qui prae reliquis omnibus cum alias Saxoniam, tum imprimis anno MCCCCLV. immortalibus meritis sibi deuinxit. Hic enim ille est, quem tot Scriptores hinc inde summis extollunt laudibus: hic est, qui Ernestum, a raptoribus in arce Hartensteina traditum, felicissimis auspiciis recepit, eundemque, ut facile hariolari possumus, omni humanitatis et benevolentiae genere prosecutus est. uid. uerba Electoris ad hunc Aphor. recensita: ab his nec alieni sunt Spangenbergius*

I

*Chron.*

*Cron. Mansf.* c. 333. p. 389. *Mich. Boiemus in uita Alb.* p. 9. *Fabre.* L. VII. *Orig.* p. 772. *Albin.* p. 100. *Laur. Peccenstein P. I. Theatr. Sax.* c. 18. p. 295. Ex quibus priores duo recte eum FRIDERICVM, reliqui uero falso VITVM appellant, adeoque utrumque Domus Schonburgiae Heroem, errore quodam inducti, confundunt. Posterior enim Auus Friderici fuit, seculo XIV. uixit, et Dominatum Hatensteinensem anno MCCCCVIII. stemmati Schonburgiorum adiecit: Prior contra Seculo XV. a Saxoniae Electore, Friderico Placido Praefectus, uel Capitaneus Cygneensis, seu Zuuiccanus, constitutus est: sic enim illum plerique, utpote *Fabricius*, *Bolemus*, *Albinus*, *Dresserus*, *Mollerus*, aliique cc. ll. describunt. In recensendis Friderici Schonburgii posteris, in alias surculos diuisis, aut aliis eiusmodi, quae Genti Schonburgiae honori ac laudi sunt, nolumus in praesenti prolixiores esse, cum de hisce talibus iam tum Praestantissimos et in toto, qua patet, Eruditorum orbe celebratissimos Viros, BERNHARDVM ZECHIVM, l. c. et Nicolaum Ritiersbusum in *Tabul. Genealog.* aliquosque ex instituto egisse nos non lateat.

(ππ) *Fabricius* L. VII. *Orig.* p. 772. *Albin.* *Weissen. Land-Chron.* Tit. XXI. p. 271. *Moller. Annal. Freib.* p. 100. *Dresserus*, etc. LITERAS a Kauffungi sociis ad Schonburgium datas esse, unanimi consensu scribunt: has uero ab *Hermanno Sudenio*, T. III. *Critic. Erudit. Qu. XL.* p. 542. euulgatas legimus.

### Edler

## Herr Hauptmann / Herr zu Schönburg.

**N**ns geht die Rewe an/ daß wir Cordt Kauffung zu Willen gewest/ gein unsern lyben Herrn unnd seyne Sune schde zu thun. Weyl aber Herzog Frydrich ein sansftmütiger Korsörst is/ so hoffen wyr Gnade/unnd fugen euch hirmitte zu myssen/ wis

wie wir den jungen Föisten Hern Ersten unversehrt / lebendig unnd gesunt inn unsrer Gewarsam by uns haben. Wannen ihr nun uns bey dem Korsföisten Gnade und Sicherung Leybes / Ehre unnd gutts zuwege bringen/unnd schriftlichen dasdr hafften werdit/so wollen wir den jungen Föistlichen Sun unvorleget wie verbringen. Wenn man edder us uns anzihen wirdet / uns zu fennin / so wollen wir den Korsföistlichen Sun erstechen/ und uns wehrin dyweil wyr mügen / dannen uns selbyst tödten und nicht an groß Bluth verguß yn vibre Hende fallen / des wollit uns vibre schriftliche Antwort nicht pergen.

Ad eas postmodum Schonburgius hoc modo respondit :

Ihr sollet Craft dyses Bryss der Churfürstlichen Gnade / Sicherung Leibez und guts/ als auch Erlassung allir Straffe Verheissung haben/ dasfern ic den jungen Herren Herzog Ernsten lebendig und unvorserit werdit eynlýseru by mynen adelichen Ehren und Trowen. Dez vor stetten Haltung habe ich mein augeboren Ingresß uffgedruckt

(L.S.)

Frydrich Herr zu Schönburg.

(ee) Arcis HARTENSTEINAE , quae Zuuiccauiam Zuuoenitiumque interiacet, et incluta Dominorum de Schonburg sedes est, toties mentionem fecimus, hinc, se plura de eadem efferre uellemus, uereremur, ne laborem iam fastiditum aggressuri simus. Interim non possumus non, quin Michaelm Boiemum erroris alicuius accusemus , dum eam proximam esse putat oppido et arci , quae, sublimi in monte posita, uertice suo nubium quasi tractum tangere uidetur, eamque ob rem a ciibus Woldenstein uocatur, Mosenus, inquit, *in arce Hartenstein, non procul a VVolchensteino, oppido uno milliari a Mariaebergo, quae arx tum Principis erat, (non ita : sed Dominorum de Schonburg, ) nunc eam tenet nobilis familia Einsideliorum, etc. quod pariter minus recte asseritur.* In eo

I 2

tamen

tamen omnium consensum sibi conciliat, quod plagiarios istos, immemores cum Conrado conuentorum, Ernestum Schonburgio stitisse referat: *Conf. Fabric. Orig. L. VII. p. 772.* *Albin. l. c. p. 271.* *Moller. Annal. Freib. p. 100.* *VVeckius Dresd. P. II. Tit. I. p. 123.* *Collectores Lex Histor. sub uoc. Kauffungen p. 249.* *Seb. Muller. Annal. Sax. p. 30.* Vtrum ii pedibus iter ingressi, an uero equis uecti Principem apportauerint, controuertitur: plurimi sententiam priorem defendunt, in his est *Albinus, Dresserus, Mollerus, Criticus*, aliique recentiores. *Boiemus* Ernestum eo tempore, quo iam se traditum intellexerat, Moseno paulisper refecto, equum optimum hoc addito mandato dedisse refert, ut ditione paterna excederet, nec ullo unquam tempore reuerteretur. *Spangenbergius* Vilhel-  
mum Mosenum pro Friderici Placidi ministro falso uenditat: *Wilh. von Mosen/ ait, war des Kunzen andern Gesellen nachge- eilet / und hatte ihnen Herzog Ernst auch abgesaget / und brachte denselben den eilfsten Jul. zu Fuße gen Hartenstein / zu Herr Friedrichen von Schonburg/ ic. Chron. Mansf. c. 333. p. 398.* *Criticus T. III. Qu. 4. p. 544.* Schonburgium seuerioribus uerbis raptores castigatos dimisisse opinatur.

(σσ) Quo die Ernestus in arce modo dicta in libertatem assertuserat: (ille uero nullus alias est, quam XI. Jul.) eodem etiam a Praefecto Cygneensi Chemnitium est delatus: id quod literae Fridericianae perspicue ostendunt. Nec aliter uolunt *Spangenberg. l. c. Fabric. Orig. L. VII. p. 773.* *Boiemus l. c. aliique.* Contra uero frustra sunt *Albinus, Dresserus, Mollerus, ll. cc. Mullerus Annal. Sax. p. 30.* qui d. X. lul. ponunt. *Criticus*, aut pro negligentia, aut temeritate sua, denuo Friderici literas, nescio quam ob rem, contemnit, Ernestumque d. IX. Jul. in arce Hartenstein liberatum esse, nungatur. *T. III. Qu. 40. p. 544.* Aperiatur modo bonus vir oculos suos, et testimonia publica, omnium conspectui exhibita,

bita, maiori cura executiat, nec imposterum eadem prae-maturis hinc inde iudiciis et augmentis suis, quippe ex suo cerebello desumptis, deprauare audeat. Melius modestiusque in hisce talibus, quamvis et ille haud raro vacillet, *Disputator Lipsiensis* sentit. Nos, prout decet, exosculamur huiusmodi Principis auroritatem, qua etiam hoc loco nixi Albertum d. IX, Ernestum uero d. XI. Iul. ex scelerorum seruitute ereptos statuimus.

(rr) Quaerentibus, cur natu maior Filius Chemnicium sit adductus, non autem Altenburgum, facile responderi potest, Fridericum Placidum, Lipsiae tum temporis degente, percepto Kauffungi flagitio, (illico enim res gesta Electori a legato nuntio significata erat. conf. *Fabric. L. VII. Orig. p. 771. Albin. l. c. p. 269. Mich. Boiemus, Dresserus, etc.*) sese Chemnicum contulisse, ut eo propior uestigiis raptorum adesset. uid. *Autores iam allegati. Idcirco Albinus, et qui eidem subscribunt, non leuiter errant, dum Ernestum Hartensteinam Altenburgum reuersum esse arbitrantur, cum tamen Electoris literae, Ernestum a Friderico Schonburgio Chemnitium allatum, et ipsi Septem-Viro praesenti redonatum fuisse, profiteantur. Quod Margaretha, Friderici Placidi Coniux eo pariter cum Alberto d. XIV. Iul. peruenierit Spangenberg. Chron. Mansf. c. 333. p. 398. Albinus, Dresserus, ceteri contendunt.* Alias de traditione horum Principum his antiquiores Historici quaedam generatim saltem proponunt. *Aeneas Sylvius* enim ita: *Fridericus, inquit, eodem pene nuntio, quo raptos atque abductos Filios audiuerat, recuperatos et domum reductos didicit. T. II. Rer. Germ. ap. Freber. p. 70. cum quo etiam faciunt Nauclerus, Chron. Vol. II. Gen. 49. p. 1097. et Munster. Cosmogr. L. III. c. 426. p. 1004. Paulus Langius h. m. disserit: Dum in silua Hercynia apud quendam Carbonarium pueros lassos et famelicos reficeret, deprehensus cum ipsa nobilissima prae-*

da, cum ingenti Friderici Ducas et prouincialium laetitia reductus est in Chron. Citic. ap. Pistor. T.I. Rer. Germ. pag. 865. confer. Huldr. Mutius T. II. ap. Pistor. p. 301. Seb. Francus im deutschen Chron. p. 256. Seth. Caluif. Op. Chron. p. 796. aliquique. Sed haec relinquimus, et luculenter admodum ex hactenus dictis perspici posse putamus, omnino uerum esse, quod bene alicubi Theocritus monet.

Eidyll.  
XVIII.

v. 73.

- - Διὰ Κρονίων μέλητα  
Κιδάς βασιλῆς.

de dict. et Nec aliter pronunciat Panormita, qui Regum (Principum) am-  
fact. Alph. mas non priuatorum libidini subiectas esse, sed sub Dei cura et tutela  
Reg. L. I. securas laetasque agere, sobrie loquitur. Eandem rem testimo-  
c. 36. nio suo approbat ILLVSTRIS et EXCELLENTISSL.  
ad Iust. Li- DN. IOH. FRIDER. REINHARDVS, cuius uerba, quae in  
psii Pol. L. eleganti Elegantioris Prudentiae Theatro, quin et elegantissimo  
IV. c. 10. omnis eruditioonis Thesauro, obuia sunt, et manifestam Di-  
p. 1262. uinl Numinis de raptis Principibus prouidentiam haud ob-  
scure iudicant, pace ac uenia ILLVSTRIS VIRI, hic adscri-  
bere uolumus. Cum paullo accuratiori mentis aestimatione perpen-  
dam atrox illud Conradi Kauffungi facinus, qui ducentis abhinc, et  
quod excurrit, annis, illustre fratum Saxonorum par, Ernestum  
atque Albertum, ex arce Altenburgica raptumi, in Bohemiam abductus  
fuisse, primum magnitudine periculi exhorreo, quo non uehementius  
Celsissimae Saxonum Domui imminuisse, memoriae proditum est: de-  
inde uero de mirabili auxilio, quod diuinitus Principibus obtigisse con-  
stat, laetus gratias Diuino Numini persoluo, quod hos potissimum Prin-  
cipes, in quos reclinata totius Domus Saxonicae spes recumbebat, et  
et qui ex illis prognati postmodum fuerunt, diut ius his praeesse re-  
gionibus uoluerit.

## XIV.

Parentes, pro miraculosa Filiorum libe-  
ratione, publica, eademque sacra, B.

Vir-

— Virginī, pro more istius seculi, uota  
nuncupaturi, assumti Ernesto et Al-  
berto Filiis, Ebersdorffium d. XV, in-  
de Rochlicium eodem die, tandemq;  
d. XVI. Iul. Altenburgum profici-  
scuntur. (vv)

(vv) Hic, cum nullas Scriptorum dissensiones uidea-  
mus, uix operaे pretium esse, arbitramur, si longius hi-  
sce immoremur: quare nunc saltem sufficiat, ex *Cronico Mansfeldico Cyriaci Spangenbergii*, (qui teste *Diuo CONRADO SAMVELE SCHVRZFLEISCHIO*, in rebus Thuringicis et Mi-  
snicis optima subsidia habuit, et nil in expertum reliquit, quod ad Hi-  
storicam Saxoniam pertineret,) ea protulisse, quae Apborismum  
nostrum maxime illustrant: Sie zogen/inquit ille, den 15. (Iulii)  
gen Ebersdorff/ und danceten allda der Mutter Gottes / daß sie  
ihre Kinder wieder bekommen hätten / und reyseten denselben tag  
vollend gen Kochliz/ und kamen mit einander den 16. July gen Als-  
denburg/ da war grosse freude und frolocken bey allen unterthanens/  
das ire junge Herrschafft unbeschidigt widerumb war zu Lande  
kommen ic. c. 333. p. 389. Nec refragantur *Spangenbergio Albinus Meissn. Land Chron. Tit. XXI. p. 271. Dresserius Chron. Sax. p. 446. Mollerius Annal. Freib. p. 100. Brickius S. h. S. XLI. p. 426. Antonius VVeckius Descript. Dresd. P. II. Tit. I. p. 124.*  
Hifere omnes, EBERSDORFIVM, pagum dimidio lapide  
Chemnicio, Mituueidam uersus, distantem, olim ob peregrina-  
tiones sacras, in honorem S. Mariae institutas, celebre ac  
frequetatum maxime fuisse, referunt. Hinc et Elector, pro  
conseruatione liberorum grati animi signum editurus, illuc.  
cum Coniuge, Filiisque suis contendit: tum etiam Altenbu-  
gum

gum reuersus, in qualibet aede religiosa, qua modo imperium Fridericianum sese extendebat, diem, laudibus ac hymnis, Deo offerendis, destinatam, celebrari iussit. Adeantur *Autores* iam citati. Principes uero posthaec, Patre anno MCCCCCLXIV. mortalium rebus exempto, eo usque prouincias coniunctim (sic enim Fridericus Placidus anno 1459. Lipsiae sanxerat,) gubernarunt, donec tandem anno MCCCCCLXXXV. easdem ita inter se diuiserint, ut Ernestus dignitatem Electoralem et regiones Thuringicas: Albertus autem Misnicas obtinuerit. conf. *Fabricius* l. c. p. 791. *Mollerus Annal. Freib.* p. 124. *VVeckius* l. c. p. 121. Istud adiecerim, quod splendidissimum hoc Fratrum par, ex fodiis *Nuemontanis* insigniter locupletatum, anno MCCCCCLXXII. a *Johanne Duce* postea Glogauensi, Saganensem in Silesia Ducatum emerit, eundemque ad posteros et tempora usq; *Mauritii* propagauerit, qui ipsum anno MDXLIX. *Ferdinando*, Regi Bohemiae, aliis terris redhostimenti loco acceptis, cessit. uid. *Moller. l.c.p.112.* cum quo pariter conferatur *nitidissima Summe Reuerendi DN. D. GOTTLLOBII TIMAEI Dissertatio posterior, de Metallurgia rerum gerendarum neruo Vitembergae 1699.* habita. Vterque etiam in armis conspicuus ac felix Historicis audit: *Ille enim, natu maior, anno MCCCCCLXVI. Comites Plauenses aggressus, eosque Olsnitio, Adorphio et Voigtburgo,* (quibus Desideratissimus noster C. S. Schurz fleischius Plauiam addit,) exuit. *Moller. l.c.p.109. Peccenstein. Theatr. Sax. P. I. c.18. p.150.* Hic minor, *Albertus*, si quisqnam alias, bellicosissimus fuit: in Sicambria enim, i. e. Gelria castra posuit, Batauos acie fudit, Eburones, i. e. Probantinos in ditionem accepit, Morinos, i. e. Flandros Maximiliano subegit: nullus est praeterea in Germania angulus, quem non calcarit. Quare et Teutonicus Achilles et Hector dictus est, item alter Carolus Magnus Germanicusque Rolandus, etc. quemadmodum eum *Paulus Langius Chron. Citic. ap. Pistor. T. I. Rer. Germ. p. 865.* describit: cui addatur *Chytraeus Sax. L. I. p. 47. VVeckius*

ckius l. c. p. 125. et DN. D. VVERNSDORFII *Dissertatio supra p. 55. allegata. De utriusque stemmate, et Electoratu, ab Ernestina ad Albertinam lineam iam deuolutu, consulantur Scriptores Annalium Saxoniorum.* ERNESTVS ex Coniuge *Elisabetha, Alberti III. Ducis Bauariae, Filia, genuit CHRISTINAM d. 28. Dec. anno 1462. postea Iohannis, Daniae Regis, Coniugem. FRIDERICVM d. 17. Ian. an. 1463. postea Electorem Saxonie, Sapientis nomine insignitum. ALBERTVM an. 1464. Archi-Episcopum et Electorem Moguntinum. ERNESTVM ann. 1466. Archi-Episcopum Magdeburgicum. IOHANNEM d. 30. Iun. an. 1467. Electorem Saxonie, Constantem. VVOLFGANGVM, sub primis pueritiae annis mortuum. Denique MARGARETHAM d. 27. Febr. an. 1478. Henrici, Ducis Brunsvicensis, Coniugem. Tandem ipse decepsit in arce Choldicia, d. 26. Aug. an. MCCCCLXXXVI. Misenae sepultus. ALBERTVM uero Coniux *Sidonia, Georgii Podiebradii Bohemiae Regis Filia, totidem liberis Patrem fecit, CATHARINA* scilicet, nat. d. 24. Iul. an. 1468. primo quidem *Sigismundi, Archi-Ducis Austriae, tum uero secundo Erici, Ducis Brunsvicensis, Coniuge. GEORGIO* nat. d. 27. Aug. an. 1471. *Barbato. HENRICO,* nat. d. 16. Mart. an. 1473. *Pio. IOHANNE I. LVDOVICO. IOHANNE II. ANNA,* mature defunctis. Ipse Albertus obiit d. 12. Sept. anno MD. cuius corpus Misenae humatum fuit. uid. Paulus Langius in *Chron. Critic. ap. Pistor. T.I. rer. Germ. p. 878. Fabricius in Orig. et Annal. Vrbis Misn. L. II. p. 70. ss. El. Reusnerus Stemmat. Vitichind. Genealog. p. 42 ss. Mullerus Annal. Sax. passim, VVeckius l. c. p. 124. Albertum Animosum nostra ætate in Potentissimo Sarmatarum Regem ac Serenissimo Saxoniae Electore, FRIDERICO AVGUSTO, Nutricio nostro longe Clementissimo, siue exquisitam ipsius ac plane Heroinam animi magnitudinem, siue stupendam armorum gerendorum dexteritatem species, omnino rediuiuum cernimus: cui ut longissimam uitam, fortunatissimum regimen, auspiciatissimos denique successus supremus Arbitr perperuo largiatur, deuotissimo pectore precamur.**

K

CLA-

CLARISSIMO DNO. RESPONDENTI  
AVCTORI  
M. PETRO KVNZIO

S. P. D.

PRAESES

**E**x quo a Viris Clarissimis STVBELO, SCHREBERO, SILLIGIO, de literis Scholisque bene meritis, recte expolitus in nostratem Academiam receptus es, statim ob compositos mores tuos omnium animos, in primis Patrum, tibi conciliasti, et quae Misenenses illi, ingenui laudum testes, de uitae integritate et cultu ingenii tui praedicarunt, re ipsa nobis comprobasti, hasque praeclaras animi dotes toto studiorum cursu, quem hic per quadriennium tenuisti, sine dedecore etiam seruasti. Illud autem in primis ad laudem tuam pertinet, quod literas, in quibus tota humanitatis et elegantiae ratio posita est, summo studio quotidie excolas, reconditamque dicendi artem, a fratre meo, nunc diuo, copiose

piose planeque explicatam, mirifice ames, atque  
ad ueteres idoneosque scriptores totum te fingas,  
pariterque cum his antiquitates, sine quibus magna  
studiorum pars incompta sterilisque est, nauiter con-  
iungas, atque spem expectationemque nostram identi-  
dem confirmes. Quo factum est, ut Amplissimus Sa-  
pientum Ordo superiori anno concordibus suffragiis  
dignum te iudicaret, qui sapientiae ac ingenuarum  
artium praemia peteres, uirtutisque fructum, quem  
Musae nostrae coelesti quodam consilio tibi serua-  
runt, me Ordinis praefide ac praemiorum diribitore,  
rite ac merito impetrares. Quanto maiores sunt  
ingenii tui facultates, tanto plures nunc exprimis-  
dotes, copiasque, et speciminibus hanc laudem auges,  
inter quae non postremum hoc esse iudicio, quod abs-  
te iam datum est in eo eruditionis genere, quod per  
se elegans est, et historiam Saxoniam Seculi XV. non  
mediocriter illustrat, exornatque. Pulchrum hoc la-  
boriosumque, quod me praefide exequeris, argumen-  
tum, et si nostra patrumque memoria a quibusdam  
occupatum uentilatumque publice fuerit, tamen tan-  
tum abest, ut penitus exhaustum, ut potius multum  
reliqui fuerit labore tuo. Alii enim, doctrinae sub-  
sidiis et diplomatum lectione destituti, sterilem ope-  
ram in eo posuerunt: alii, in sola Fabricii et Albini

K 2

auctori-

auctoritate acquiescentes, haud ultra pedem moue-  
runt, atque scriptores his antiquiores et illorum tem-  
porum aequales, quos omnino eos adducere oportuisset,  
silentio praetermisserunt, sicque historiae legibus non  
fecerunt satis. Sed quaetua indoles est, ampliores in-  
dustriae fines tibi describis, et non tantum Scripto-  
res antiquos et coaeuos cum recentioribus confers,  
argumenta cum argumentis contendis, et, seruatis  
historiae uestigiis, accurate perpendis, sed, quod ca-  
put rei est, publicas tabulas, ubi harum copia est,  
semper cum his comparas, hasque pro norma habendas  
esse, recte prudenterque statuis. Quare merita gra-  
tulatione te excipio, optoque, ut hunc bonae mentis  
ardorem constanter serues, et laudis eius, quam iam  
consecutus es, cursum teneas imposterum, et feliciter  
conficias, idque uel maxime Illustrium Patronorum  
tuorum, ZECHII et REINHARDI, qui literarum or-  
namenta tuentur, causa faciendum tibi putas.  
Haec spes est optimi parentis tui, pariter et popula-  
ris ac Patroni tui, Viri summe reverendi, Doctoris  
Theologi, TIMAEI, tum et perquam reverendi VÖ-  
GELGESANGII, tibi amicissimi, et reliquorum de literis  
praecclare merentium, uocibusque te ad summa quae-  
que incitantium. Dabam Vitembergae ex Museo  
X. Kalendarum Februarii A. R. G. cl. l. cc. xii.

10.  
o. 16. 9

Q. D. B. V.  
AVSPICIIIS

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS REGII AC DOMINI,

DN. FRIDER. AVGVSTI,  
ELECT. SAXON. HEREDIS, ET RELIQUA

# CONRADVM KAVFFVNGVM

VVLGO

Kunß von Kauffungen/  
EIVSDEMQUE SOCIOS  
AD SVPPPLICIA TRACTOS

PUBLICE PROPOVNNT

PRAESES

M. PETRVS KVNZIVS

CROTENDORF. IN HERMVNDVRIS.

ET RESPONDENS

IOHANNES GODOFREDVS HERING,  
DRESSENSIS.

X. CAL. FEBR. 1717  
HORIS POMERIDIANIS.

---

VITEMBERGAE, PRELO CREVSIGIANO. 1717.



DISSERTATIO HISTORICA  
DE  
**CONRADI KAUFFUNGI**  
EIVSDEMQUE  
**SOCIORVM SVPPLICII.**

APHOR. I.

CONRADVS KAVFFVNGVS, uinculis adhuc constrictus,  
Cygnea Freibergum uenit, ibidemque anno  
MCCCCLV, d. XIV. Iul. ( $\alpha$ ) hora a meridie quar-  
ta ( $\beta$ ), in foro publico, quamuis id mortis genus maxi-  
me deprecatus esset, ( $\gamma$ ) dignas capite poenas luit.

Cum in *Dissertatione priori*, qua *Conradum Raptorem Principum* stitimus, ad publicam sceleris Kauffungiani declarationem, palam Procerum quorundam oculis exhibitam, semper pro-  
uocauerimus, fas quoque etiamnum erit, ut ad eandem, qua possumus industria, normam qualemque hoc scripturae argumentum dirigamus. Igitur euitaturi prolixiores, quae nobis impedimento esse queant, ambages, illico inceptum opus pro more nostro continuamus, et ultima tandem Electoris uerba, cum huc multum faciant, proferre non de-  
dignamur :

Als haben Wir unser lieben Söhne durch schickung des allmächtigen Gots, deme wir das dankende sien, wieder zu uns bracht und erlangt, Uß dem allen verstehet unver Liebe wohl, daß Eunze ußerhalb den Rechten, darinnen wir mit Im stunden, keyne Zusprüche zu uns hatte, sundern er hatt sich gein uns, unsern lieben Söhnen, als sinen natürlichen Erb-Herren, bößlich gehalten und ungetru-  
wlich bewieset, darum er uff Montag darnach zu Friberg, si-  
ne Gesellen zu Zwickau, sin Frünt zu Aldenburgck, Tren wirdi-  
gen

gen Lohn haben genommen, und dencken siner Zuleger und Helfer der grossen Ubelthat halben mehrir in straffung zu nehmen, Uwer Liebe in ganzem Fleisse gütlich bittende, ob ymands der sachen verlossenheit in ander erzehlung uwer Liebe ader den uwern fürbrengen worde, ir wollet des nicht gestehen noch glouben, Es hat sich, wollit in Wahrheit wissen, anders nicht ergeben, denne als wir uwer Liebe schrieben, wollet auch die uwern und wo das eyn nothdurfft ist, diese unser Schrifft lassen hören, daß sie darus verstehen mögen, daß wir Eunzen von Kauffungen kein Geld schuldig gewest sind, oder ym des Rechten fürgangen weren, das wir gegen ihm, oder sunst ymads anders ungerne fürnemen oder thun wolten, und wollit uns, wu das ein Motturfft ist, verantworten, als wir uns zu uwer Liebe des ganz versehen, ihr thun werdet, uch das nicht mühesam noch verdriesslich sien lassen, als wir des eyn ganz Verhoffen zu uwer Liebe tragen, Und uwer Liebe wolle keinen Unwillen oder Verdriess in deme haben, das wir uwer Liebe Verlauffenheit der Sachen nicht ehir verkundet haben, Wir meynten etlich merckliches mehrir an unsren Ulihenden, als wir vertrößt waren, zu erlangen, das sich nu uf ander wege gefart hat, und hett es für sich gangen, wir woltens uwer Liebe nicht verschwigen haben, derhalben hat sich diese unser Schrifft uwer Liebe zu thun verzogen, uwer Liebe wolle uns darinnen nicht ungütig vermercken, das wollen wir um uwer Liebe gerne fürdinen, und womit wir uwer Liebe zu Dienste und Fründschafft werden mögen, sind wir willig, und thun das gerne.

(α) FREIBERGVM, primariam in tractu metallifero urbem, hic copiosius describere, eiusdemque conuersiones et pristinos rerum status euoluere, nostrum iam non est: itaque B. L. huius studii forsitan cupidum merito ad Andreae Mollerii, et qui uetustiores sunt, Vilbelni VVilduogelii et Laurentii Fleischeri *Annales Freibergenses* remittimus. Inter ea, quae notatu digna hic loci unquam obtigisse memorantur, etiam illud

illud habetur, quod Kauffungus, plagii criminis conuictus, ibi ad supplicium raptus fuerit: ita enim omnes, quod nos sciamus, Misnicarum antiquitatum praecones tradunt, nec aliam et diuersam ANNI rationem, quam quae ad hunc A- phorismum a nobis apposita, computant. De DIE plures maioresque scriptorum dissensiones deprehendas: nos ita statuimus, ut Nomen BONAVENTVRAE, quippe anno dē-  
 mum MCCCCLXXXII. a Sixto IV. Pontifice, teste *Frehero*, nu- *P. I. Sect.*  
 mero Sanctorum inserti, aevo isto nondum in fastis, sigilla- *Il. p. 14. in*  
 tim die XIV. Iul. quemadmodum hodie id uidemus, reper- *Theatr.*  
 tum esse dicamus. Hinc ut DIVISIO, ita uulgo dicitur, APO-  
 STOLORVM non interrupto ordine lucem, Margaretha sacram, et tum temporis, anno scilicet MCCCCLV, die XIII. Iul.  
 celebratam, sequeretur necesse erat. Et hic idem ille est, qui  
 Kauffungo infelicem uitae finem attulit: hic dies est, quem  
 ipse Fridericus indigit, et multi ex Historicis nostris, *Albi-*  
*nus nimirum Meissn. Land Chron. Tit. XXI. p. 272. Andr.*  
*Mollerus, Annal. Freib. p. 101. Dresserus Chron. Sax. p. 446. An-*  
*ton. VVeckius Descr. Dresd. P. II. Tit. I. p. 124. Sebast. Mullerus Collecto-*  
*Annal. Sax. p. 30. aliique constituunt. Cyriac. Spangenbergius in res Lexici*  
*Chron. Mansfeld. c. 333. p. 389. Kauffungi supplicium, falso <sup>Histor. sub-</sup>*  
*quidem, ad d. XXI. Iul. reuocare conatur. Fabricius de hoc <sup>voc. Rauf-</sup>*  
*nihil fere definit, nec certi quippiam ex uerbis ipsius colligi <sup>fungen p.</sup>*  
*poteſt, quando Conradum ante sceleris socios, Cygneae mor-*  
*te mulctatos, aspexisse existimat, quam ipſe Freibergum fu-*  
*erit adductus. Quare si Fabricio sermo fit de complicibus,*  
*qui d. XXVIII. Iul. Cygneae poena capitali afflicti fuere, tum*  
*merito reiicimus illius sententiam: (sic enim dies supplicii*  
*Kauffungiani nimis longe differtur,) sin uero hos intellige-*  
*ret seruos, qui sex numero ex Moseni, Schonfelsique agmine*  
*d. VIII. Iul. intercepti erant, tum facilius eidem ad stipulare-*  
*mur: quanquam adhuc etiam lateat, utrum illi post Kauffun-*  
L  
*gum,*

gum, an uero hic post eos infame lethum subierint. uid. Orig. Sax. L. VII. p. 773. Seth. *Calvisius* in *Oper. Chronol.* pag. 796. hac in re plus sibi audaciae sumit, dum Conradum von Kauffungen, cum uidisset coqui et aliorum suppicia, Freibergi die XXI. Jul. capite truncatum esse putat: quod quam falso dictum sit, infra prolixius demonstretur. Parum ab hoc abludit *Gottfridi in Chron. Hist. P. VI. f. 667.*

(3) Ita HORAM determinauit *Albinus Meissn. Land Chr. Tit. XXI. p. 272.* cum quo etiam conspirat *Dresserus l.c.* et ex his hausit *Hermannus Sudenius T. III. Critic. Qu. 40. p. 552.* FORVM Freibergense, uelut supplicii locum, in quo Kauffungus admissi facinoris atrocitatem sanguine suo expiauit, describunt *Spangenberg. Chron. Mansf. c. 333. p. 389.* *Albinus, Dresserus, ll. cc. Andr. Moller. Annal. Freib. p. 101.* qui posterior lapidem quadratum eidem loco impositum esse, et hodienum ibidem ab omnibus, illuc profecturis, conspici posse refert: nec abludit *Bocerus:*

*Inque foro lapidem, moriens cui tristis inhaesit,  
Seruat et auferri prohibet longaeua uetus tas.*

Sed hac de re alia occasione, in memorabilibus ad raptum Kauffungianum spectantibus, si Deus fierit, acturi sumus.

*Erest. Ag. (γ) In Conrado nostro Euripidis pronunciatum: πᾶσιν  
IV.v. 1023. ἡ Φίλη ψυχὴ βεότοῖς, imprimis obseruari, ac ipsius exemplo confirmari posse, quis non uidet? Ille enim, ubi nihil aliud sibi reliquum esse animaduerterat, quam ut praesentem, et andemque ignominiosam fatis mortem oppeteret, primum quidem graue et nefandum, tanta tamen poena non dignum, scelus se se patrasse professus est. Quapropter secundo hinc inde nullius roboris argumenta protulit, quibus Electoris animum paulisper mitigare, delictumque hoc aliquatenus excusare allaborauit. Serenissimos enim Saxoniae Principes tum saiuos incolumesque Parentibus restitutos, tum etiam in ipsa capti-*

captivitate ex utraque parte omnibus, quae mansueti placi-  
dique hominis sint, officiis exceptos fuisse, praetexuit: quin  
et praesidium a militari licentia petiturus, nihil insoliri, nihil  
praeter consuetudinem Equitum, quippe quibus inuicem  
inter se litigantibus, rapinae huiusmodi familiares sint, ac-  
cidisse putauit. Nec *tertio* precibus suis Friderici Placidi  
Consiliarios et Cognatos, quos in *priori Dissertatione ad Aphor.* I. p. 2. recensuimus, aggredi subterfugit: adeoque  
nihil intentatum reliquit, quod non ad supplicium condo-  
nandum facere potuisset. conf. *Fabricius L. VII. Orig.* p. 773.  
*Albin. l. c. p. 272. Dresserus l. c. Mollerus l. c. p. 101.* Hinc etiam  
parum abfuit, quin, Electore, affinium cognatorumq; et ipsius  
Kauffungi petitis permoto, et allegato Freibergum nun-  
tio, ueniam sceleris impetrasset: sed cum sententiam, a iu-  
dice latam, lictor iam, amputato rei capite, executus esset,  
id pariter negotii confiliique male successit, et spes omnis re-  
cuperandae libertatis in uentos abiit. conf. *Moller. Annal. Freib.*  
p. 101. et *Collectores Lexici Historici.* Paulo aliter haec edisse-  
rit *Albinus*, qui nuntium ab Electore missum, uiuente quidem  
adhuc Kauffungo, Freibergum uenisse, sed reclusis undiqua-  
que portis, (quemadmodum tali casu plerumque id eueneire  
solet,) ab introitu prohibitum fuisse arbitratur. l. c. p. 272. Sic  
itaque ille, qui nuper Principes iuuentutis rapuerat, ipse ad-  
eo ad supplicium rapitur? Siccine illi, qui haud dubie tot  
summa cum laude uulnera hostibus inflixerat, foetidum et  
fanatu perdifficile inflictum fuit? Itane is, qui stirpi suae an-  
tea non uulgarem conciliauerat famam, infami mortis ge-  
nere afficitur? Non absurde Kauffungo quis acclamaret *L. III.*  
*Od. 8.*  
*Auancini* uerba:

*Indignus generis nomine lumini  
Offundis tenebras, et macula tuae*

L 2

Vitae

*Vitae dedecoras sanguinis aluum, et  
Magnae stirpis imagines.*

Ceterum, quod restat, et supplicium Kauffungianum magis corroborat, ex uetustioribus etiam Historicis, qui id ipsum generatim saltem indicant, quosdam hic allegasse iuuat. Ex his *Aeneas Sylvius* primo loco audiendus, qui ita: *Ibi Conradus, ait, dum puer cibum ministrat, ex improviso capitur, et obesus Principi, audacissimi sceleris capite poenas soluit, etc.* apud *Freher. T. II. Rer. Germ. p. 70.* cum quo consentiunt *Nauclerus Chron. Vol. II. p. 1097.* et *Seb. Munsterus Cosmogr. L. III. C. 426. p. 1004.* Botho, ciuis Brunsuicensis, eandem rem sic effert: *Cunze van Kauffungen vvard gefangen, unde syn hovet affgeslagen, etc.* apud *Illustrem Leibnitium T. III. Scriptor. Brunsuic. p. 400.* *Paulo Langio* idem Kauffungus capitali sententia plexus, in *Chron. Critic. apud Pistor. T. I. Rer. Germ. p. 865.* et *Huldricho Muttio* apud eundem *T. II. p. 301.* *capitis suppicio affectus dicitur.* *Sebastianus Francus* in *deutschen Chronic* p. 256. hunc in modum: *Allda (in silua) ward der Faher gefangen, und die zwey gefangenen ledig mit Triumph in Sachsen heimgeföhrt, und dem Räuber gnädiglich (maior quippe grauiorque in raptorem poena constituenda Franco uidetur,) das Haupt abgeschlagen, ic. aliique aliter loquuntur: cum quibus insimul consulantur Peccensteinius Theatr. Sax. P. III. p. 133. et in *Witikind. Famil. Pro-sapia* p. 15. *Gottfridi Chron. Hist.* P. VII. f. 667. *Martin. Zeilerus German. Nou-Antiqu.* P. I. c. 6. p. 146. *Unde perspicitur, (uerba sunt Dini C. S. SCHVRZFLEISCHII) quid malum pariat vindicta cupiditas, quae cum priuatim iniusta sit, tum publice improba, nefariaque habetur, quippe tanto peior et plus nocitura, quanto maior, sanctiorque est, erga quem exercetur.* Et paulo post: *Quapropter ei, (Kauffungo) omnem rationis sensum malitia eripuit, ut non, quid ex ea improbissima ultiōne futurum esset, sed duntaxat, quomodo ulcisceretur, audacia furens, cogitaret.* uid. *Alberti Animosi**

*Animosi Vita a Boiemo edita, quae extat in Disp. Schurzsteischianis, Disp. XXIX. p. 127.*

## APHOR. II.

Sumto igitur de raptore suppicio, cadauer ipsius eadem in urbe, sigillatim in Fano, quod Diuo Petro sacrum, curante id Casparo Schonbergio, (δ) non sine pompa (ε) terrae mandatum : postea uero, iussu Friderici Placidi et Vilhelmi, Thuringiae Landgrauii, effossum, et obscuriori in loco (ζ) denuo sepultum fuit.

(δ) Quod de Templo Freibergensium Petrino, in quo Kauf fungus primum contumulatus est, asseruimus, id, cum concordibus Scriptorum, utpote Boemi, Spangenbergii, Albini, Dresseri, Mollerii, Sebastiani Mulleri, Lexici Historici conditorum, et, qui his antiquior, Johannis Boceri, ita canentis :

*Corpus habet dictum Petri de nomine templum,*  
 aliorumque suffragiis confirmetur, uix in discrimine ponи posse arbitramur : de CASPARO autem SCHONBERGIO paulo difficilior in quorundam animis subnascitur scrupulus. Traxit ille originem ex ILLVSTRI SCHONBERGIORVM in Reinsberg Familia, quae nulli inter Nobilitatem Misnicam et antiquitate generis, et immortalibus in Serenissimam Saxoniae domum meritis, facile aut cedit, aut unquam cessura est. *Auum DITERICVM*, cuius frater Casparus anno 1426. una cum quinque Filiis ad Austiam ab Hussitis occisus est : (conf. Spangenberg. Chron. Mansf. c. 313. p. 363. Albin. Meissn. Land Chron. Tit. XVI. p. 210. Andr. Moller, Annal. Freib. p. 77.) Patrem uero Nicolaum, Equitem in

L 3

Reins-

Reinsberg, et cum Kauffungorum prosapia consanguinitatis vinculo coniunctum habuit. uid. *Fabricius Annal. Urb. Misn.* p. 66. ex quo *Peccensteinius* corrigatur necesse est, dum Parrem ipsius *Johannem* nuncupare audet, et in recensendis Schonbergiorum natalibus ac liberis haud raro impingit. *Theatr. Sax.* P. I. c. 10. p. 57. Fratrem nactus est DITERI-CVM, qui tot peruolutis MSC. eruditorum libris, et exantlatis itinerum molestiis, haud uulgarem in omni fere doctrinarum genere sibi comparauit notitiam, ut adeo non absre idem *Spangenbergius* in rarissi no libro, qui Adel Spiegel inscribitur, P. II. L. XI. c. 12. p. 186. scripserit : Dietrich von Schönberg war sehr gelahrt, hatte in Italien wohl studiret, daher Er auch eine schöne Bibliothec mit heraus brachte, starb anno 1476. cui simul calcium suum addit *Albinus* l. c. et Tit. XXV. p. 341. Unde etiam factum, ut defuncto Praesule, Casparo, Fratre suo, ipse Episcopatus Misenensis dignitatem consecutus fuerit : quam summa cum laude per decem et tres annos administratam anno 1476. humanis e-reptus rebus *Johanni de Weisbach*, J. U. D. reliquit. conf. *Fabricius* l. c. *Spangenbergius* l. c. *Albinus* l. c. Elogium ipsius, a Paulo Langio in *Chron. Citic.* apud *Pistor. T. I. Rer. Germ.* p. 868. concinnatum, ita sese habet : Huic [ Casparo ] Theodoricus de Schonberg, eiusdem uidelicet stirpis et Familiae, Vir nobilis successit: homo per omnia simplex, rectus ac Deum timens, qui etiam semper parua familia contentus optime rexit, etc. Sed ut ad Casparum nostrum redeamus, istud adhuc obseruetur uelimus, quod is a primo aetatis flore tantam literarum studiis operam impenderit, ut non solum breui temporis interuallo ingenuarum artium Magister, rite meritoque pronunciatus : (uid. *Spangenberg.* Adel Spiegel. l. c. *Albinus* l. c. Tit. XXI. p. 280.) uerum etiam paulo post beneficio illarum *Johannis IV. SS. Theologiae Doctoris*, Schuueinitio Silesii, qui

qui alias *Hoffmannus* dictus, et anno 1453. mortuus est, in Praesulatu Misenensi successor constitutus fuerit. Audiamus Georgium Fabricium, sic de hac re differentem: Eodem anno (1451) Johannes Praesul obiit die VII. Cal. Febr. anno Sessionis 37. In eius locum Casparus Schonbergius, Decanus, succedit prid. Cal. Maii. Is inter alios arbiter electus cum Duce Saxoniae, Vilhelmo, Pragam abit, quia erat de finibus inter Regem Landislaum et Fridericum II. Saxoniae Electorem grauis contentio etc. Annal. Sax. L. II. p. 65. cum quo coniungantur Langius, Albinus, l.c. aliique. Hic ille Schonbergius, de cuius literis, quibus Nicolaum Monhauptum, imaginem B. Virgini extructurum, confirmavit, iam supra in *Dissertat. priori* p. 33. mentionem fecimus. Interim conferri meretur Andr. Moller. *Theatr. Freiberg.* c. VI. p. 489. Hic ille Casparus Schonbergius, qui toties ab Historicis Conradi Kauffungi auunculus salutatur, (adeantur *Fabricius Orig.* L. VII. p. 773. Albinus l. c. p. 273. Andr. Moller. *Annal. Freib.* p. 102.) et rapto rem magnifice humandum iussisse dicitur. Mittimus haec et denique non inutilem laborem nos nauaturos esse existimamus, si, uetus istemmati Schonbergiaci facilius et uno quasi obtutu comprehendendi causa, hic quasdam lineas duxerimus:

## DITERICVS

Nobilis Misnicus in Reinsberg,  
Fratrem Casparum habuit.

IOHANNES  
falso Caspari Pater  
dicitur.

NICOLAVS  
item Nobilis Misnicus  
in Reinsberg.

ANTONIVS

CASPARVS et DITERICVS  
Episcopi Misenenses.

(ε) Faci-

(ε) Facinorosi olim ad deterrendos a sceleribus alios honore sepulturae prohibebantur : ita enim Romani consueuerant, ut, adhibitis custodibus, eo usque cadauera eorum publico loco inhumata proiicerent, donec in putredinem abierint : quemadmodum haec eruditissimi Viri, Petrus Faber Semestr. L. II. c. 9. Lipsius de Cruce. L. II. cap. 16. Talentonius Var. Rer. L. II. c. 9. Fornerius not in Cassiodor. L. II. Epist. 22. abunde demonstrarunt. Nec id moris hodie desuisse, ipse nos exempla edocent, cum rotae suppliciis affectos, quandoque etiam suspensos, aliosque flagitiosae cohortis socios, alia infami morte multatos, sub aperto coelo per longam annorum seriem insepultos iacuisse, compertum sit. Nostrum hunc etiam merito in numero eorum, qui, profligato et posthabito omni uerecundiae studio, scelerati dicuntur, referendum esse quis dubitet ? Nihilosecius tamen idem non solum sacro et honesto in loco terrae mandatus : uerum etiam postea, quod magis est, Caspari Schonbergii cura studioque effectum, ut funus illius pompa sepulchrali, quemadmodum apud honoratiores usu euenire solet, adornatum fuerit. Qua in re num bene sapienterque Episcopus egerit, alii iudicent : saltem dignus is nobis uidetur, qui *Venusini* uerbis

L. II. Od.  
20. v. 23.

*Compescet clamorem, ac sepulcbri*

*Mitte superuacuos honores,*

compelletur. Haud dubie enim hoc ipso sibi Principum iras attraxit, quas tamen, si sapuisset, facili negotio declinare poterat. Alias de ipso luxu funebri Historici non unam eandemque fouent opinionem : *Fabricius* pannum, auro textum, mortui feretro, (cuius loco *Albinus*, Tit. XXI. p. 273: *Dresserus*, *Seb. Muller*. *Criticus* sepulchrum ponunt, per reliqua autem *Fabricio* subscribunt) iussu Caspari, Praesulis, impositum fuisse tradit. *Andr. Mollerus* in *Annal. Freib.*

*Freib.* p. 102. paulo aliter sentit, dum monumentum, Conradi tumulo proximum, et cui ipsa Kauffungi effigies impressa, a Schonbergio erectum esse putat. Quicquid huius rei sit, tantum tamen abfuit, ut isti honores raptori constantes ac perpetui fuerint, ut potius Fridericus Elector et in primis Frater eius Vilhelmus, Thuringiae Landgrauius, quippe quibus haec Misnenensis Episcopi consilia ac conatus non sine causa dispicebant, cadauer Kauffungianum erui, et postea alibi humari iusserint. *conf. Fabric. l.c. Boiem. in uit. Albert.* p. 9. *Albin. l.c. Andr. Moller. l.c. Seb. Muller. Annal. Sax.* p. 30. aliique.

(?) Hic denuo non leuiter inter se se discrepant rerum Misnicarum conditores : alii enim Conradum Kauffungum altera uice in pago Neidorff, ad riuum Polnizium sito, et dimidio lapide Freibergo distante, sepultum esse affirmant : in his recensendus est *Fabricius Orig. Sax. L. VII. p. 773. Boiemus l. c.* qui tamen in eo labitur, quod uicum hunc ab urbe iam nominata bis mille passuum spatio disiunctum statuat. Num idem hic autor recte dixerit, Conradum commune facinorosorum dormitorium optimo iure promeruisse, id in praefenti non expediemus. *Andreas Mollerus l. c. p. 102.* itemque *Seb. Mullerus l.c.* in describendo Kauffungiani sepulchri loco cum *Fabricio* omnino conueniunt. *Disputator Lipsiensis* istum minus accurate per Naundorff exprimit. Alii alium, eundemque pagum Neukirchen, intellectum cupiunt : sic enim *Albinus* existimat, ideoque priori sententiae addictos his uerbis corrigere uidetur : Nachdem Er sein Recht ausgestanden, ist er in St. Peters Kirchen begraben, und aus Befehl Bischoff Caspars zu Meyßen, des Cunzens Mutter Bruder, ein guldene

M

Stück

Stück auf sein Grab gelegt worden, darüber der Churfürst, sonderlich aber sein Bruder, Herzog Wilhelm, sehr erzürnet, deshalb Er auf ihren Befehl wieder ausgegraben, und bey Freyberg in einen Dorff, Neukirchen genant, welches ißt derer von Mergenthal ist, auffs neu zur Erden bestetigt worden. Wiewohl etliche lieber wollen, es soll Nendorff seyn, welches näher an Freyberg, nehmlich eine halbe Meile an dem Wasser Polniz, so für dieser Zeit derer von Poberitz gewesen. Meissn. Land Chron. Tit. XXI. p. 273. Nec dissentiunt fideles *Albini* comites, quippe *Dresserus*, *Chron. Saxon.* p. 446. *Collectores Lexici Historici sub uoc.* Kauffungen, p. 249. *Hermannus Sudenius in Critico eru-*  
*dito* Tit. III. Qu. 40. p. 553. Alii denique eo progreduntur, ut Kauffungo ex templo Freibergensium effosso, et secunda uice sepeliendo, infamem designent crūcem: ita quidem *Cyriac. Spangenbergius*, nescio quo codice aut quibus tabulis nixus, et palam et falso scribere non recusauit: Kunz von Kauffungen war, nachdem Er sein Urtheil ausgestanden, zu Freyberg zu St. Petern begraben, aber man mußte ihn wieder auffgraben, und zu Freyberg unter den Galgen legen. *Chron. Mansfeld.* p. 389. *Seth. Cal-*  
*uisius* et *Gottfridi*, qui alioquin *Cyriaci* uestigia diligenter legunt, in hoc argumento ducem suum non sequuntur. Reliqui, antiquiores scilicet, *Aeneas Sylvius*, *Paulus Langius*, *Nauclerus* etc. nec de primo, nec secundo Kauffungitumulo posteriorum memoriae aliquid tradi-  
 derunt. Nos *Fabricii*, *Boiemi*, *Mollerii*, qui maiorem hac in re fidem habent, autoritates amplectimur, ita tamen, ut aliis, cum nihil certi de utroque ferme definiri queat, non adeo temere repugnare uelimus. Et sic feliciter, quod grata mente agnoscimus, telam operis huius de raptu Kauffungiano conficiendi, pertexuimus: sic Con-  
 radum

radum Kauffungum *primo* quidem ceu hominem *Politicum*, non uulgari prudentia, administrandi que munieris dexteritate praeditum, et in aula Friderici Placidi magna cum laude florentem : tum *secundo* ceu *militem*, in bellis, quibus sub signis Noricis Saxonisque per annos aliquot interfuit, fortunatum, et, ubi ad Geram captus, infelicem pariter considerauimus. Porro *tertio*, quod caput rei, scopusque *Dissertationis nostrae* erat, eundem, ut audacem *Principum raptorem*, diuino tamen permittente Numine in silua comprehensum, et paulo post Freibergi capite plexum, pro ingenii nostri modulo exhibuimus. Nunc *tandem* nihil aliud supereft, quam ut insimul *socios* eiusdem, dignis hinc inde poenis affectos, quamuis id paucis fiat, contemplemur. Sed, priusquam dehinc pedem moueamus, non possumus non, quin singulare uariae fortunae, cuius casibus mortales saepissime expositi sunt, exemplum, quod in Kauffungo manifesto satis elucet, omnibus accurate perpendendum proponamus, adeoque aureos plane *Sarbieuii*, alterius *Sarmatarum Horatii*, Choriambos iterum iterumque cuilibet legendos inculcemos :

*Eheu, Telephe, ludimur,*

*Fortunae uolucris ludimur impetu?*

*Vesper uespere truditur,*

*Sed nunc deterior, nunc melior subit, etc.*

ita tamen, ut nec Plautinum istud :

*Sapiens pol ipse fingit fortunam sibi,  
nec Appit in Sallustiana ad Caesarem oratione dictum, fa-  
brum suae quemque fortunae esse, a raptore nostro remo-  
tum cupiamus.*

L. I. Od. 7.

*Lyricor.*

Trinium

Aet. II.

Sc. 2

## APHOR. III.

Nec ceteri socii, quippe Kauffungiani plagi participes, id sceleris impune tulerunt: siquidem tum ipse Conradi frater, Ditericus, (η) qui Friderici Placidi animum mordacibus uerborum aculeis lacessiuerat, Altenburgi : tum etiam plures, iustis cruciati suppliciis, Cygneae (♀) uiolentam oppetierunt mortem.

(η) Cum hic recordari subeat, quod supra in *Dissertazione priori ad Aphor. I.* p. 2. promiserimus, hoc loco de DITERICO KAVFFVNGO, nobili genere in Osterlandis, Matre *Schonbergia*, nato, Conradi Fratre, eiusdemque delicto, mentionem fieri debere, non male facturos nos esse arbitramur, si fidei datae memores negotium istud paulo accuratius persequamur. Quod opus dum aggredimur, prae reliquis omnibus ipsum a raptorum partibus stetisse, eorumque proposita haud dubie consiliis studiisque suis, quantum poterat, adiuvuisse, obseruetur necesse est. Ut autem eo facilius haec in omnium animis radices figere queant, primum prouocare liceat ad *Paulum Grefium, Albinum, Dresserum*, aliosque, qui Conradum Kauffungum scalas, arci Altenburgensi applicandas, in horreo, quod *Ditericus* sibi uendicabat, confecisse scribunt: non obscuro sane fraterni in nefandas huiusmodi machinas consensu indicio. Deinde nec istud a clandestina cum plagiariis collusione abhorret, quod idem, ubi Principes iuniores feliciter a Conrado abductos perceperat, concordibus Scriptorum suffragiis: *nido relicto, uolucres auolasse*, dixerit.

dixerit. uid. *Fabricius Orig. L. VII. p. 773. Albin. Meissen. Land Chron. Tit. XXI. p. 272. Dresserus l. c. Mullerus Annal. Sax. p. 30.* et ex his reliqui, *Disputator Lipsiensis de Raptu Ernesti et Alberti, Criticus T. III. Qu. 40. p. 552.* quae denuo Diterici in Fratrem, Fratrisque complices animum ac uoluntatem satis facilem declarant. Hinc, sermone eius ad Electorem Placidum delato, non aliter fieri poterat, quam ut et iste raptorum socius, praecipititia linguae deceptus, infami capitis poena afficeretur. *Spangenbergius Chron. Mansf. c. 333. p. 389. Albinus, Dresserus, Mullerus, ll. cc. diem XXXI. Jul. anno 1455.* ponunt: sed omnes hos, quod pace eorum dictum sit, uehementer falli, et antiquioribus hac in re documentis destitutos, male temporum rationes subducere statuimus. Hinc nos, uestigiis Friderici II. insistentes, supplicium multos ante 31. Julii dies praecessisse, euincere conamur. Idque eam potissimum ob causam, propterea quod, illo tempore, quo Electoris literae, die scilicet Saturni XXVI. Jul. anno 1455. fastos Jacobi sequente, ad Principes quosdam Germaniae conscriptae erant, (conf. supra Aphor. VI. p. 23.) iam tum turpi morte punitum fuisse, abunde constet. Ita enim Placidissimi ingenii Septem Vir in prolixa flagitii Kauffungiani explicatione loquitur: Darum er (Kunz von Kaufungen) ussi Montag darnach zu Friberg, sine Gesellen zu Zwickau, sint Frunt (Ditericum intelligit) zu Altenburg ihren wurdigen Lohn haben genommen, etc. Quo loco, quamuis diem supplicii huius certum non determinet, interim tamen illud haud obscure insinuat, quod iste non ad XXXI. Jul. sed potius ante XXVI. eiusdem reuocandus iuxta ac collocandus sit. Caute hac in parte Georg.

M 3

Fabri-

*Fabricius, Boiemus, Disputator Lipsiensis*, aliquique, qui diem hunc silentio inuoluerunt, egisse nobis uidentur. *Priores*, cum tabularum publicarum non fuerint compotes, aliquatenus corrigi et excusari merentur; contra uero *Hermannus Sudenio*, quippe qui uetusta haec testimonia facile perspecta cognitaque habebat, neutiquam laudi ducitur, quod et is *Albino*, aliisque nimium tribuat, et simili cum citatis scriptoribus, pro more suo, lyra oberret. T. III. Qu. 40. p. 552. Sed de his satis: nunc de loco supplicii paucis dispicere, et Autorum iudicia, quae nec hic exacte conueniunt, paulisper examinare placet. Vbi quidem *Fabricius* l. c. *Spangenbergius Chron. Mansf.* l. c. *Albinus*, *Dresserus* ll. cc. et quotquot hos imitantur, imprimis *allegatus Criticus*, extra Altenburgensium moenia id factum esse, falso nobis persuadere audent. *Seb. Mullerus* l. c. *Collectores Lex. Histor. sub uoce Kauffungen* p. 249. *Disputator Lipsiensis*, rete et firmo ueritatis fundamento nixi ipsam urbem indigitant: quibus etiam nos eo lubentius adstipulamur, quo clarissimus patet, Fridericum in literis suis eandem sententiam tueri.

(3) Iam, omissis *Conr.* et *Diterico Kauffungis*, (horum enim funera iam descripsimus,) reliquos pariter in poenis suis considerandos sistamus. In his principe loco princeps etiam Kauffungiani sceleris minister, IOH. SCHWALBIVS, rerum ad focum pertinentium custos, a Friderici II. subditis d. XXII. Jul. interceptus, numeratur, qui, si fides *Fabricio L. VII. Orig.* p. 773. *Mich. Boiemo in uit. Albert.* p. 10. *Albino M. L. Chr. Tit. XXI.* p. 272. *Dressero* l. c. *Mullero, Critico*, aliisque habenda, quod nulli dubitamus, Cygneae in quatuor

quatuor partes dissectus et candenti forcipe uellicatus fuit: quo die uero, in Electoris declaracione publica non legitur, plerique tamen, ut *Albinus*, *Dresserus*, *Job. Schmidius* in *Chron. Cygneens.* P. II. c. I. p. 228. *Laurent. Vilbelmi* in *Chron. Cygn.* p. 197. d. XXVIII. Julii constituant. *Spangenberg.* in *Chron. Mansf.* c. 333. p. 389. Schuualbii nomen aperte quidem non indicat, haud dubie tamen tacite id ipsum subintelle&ctum cupit. Post Schuualbium de IOHANNE SCHVVEINIZIO iaciebatur alea: cum enim ille eodem tempore una cum coquo, et aliis duobus post longos itinerum errores in manus persequentium incidisset, funesto gula ipsius laqueo interclusa fertur. uid. *Boiemus* l. c. *Contra Tob. Schmidius*, *Vilbelmi*, *Mullerus*, ll. cc. idem, ad quod Schutualbius raptus erat, supplicium perpetuum hunc referunt: nec alia ratione de ceteris DVOBVS, quorum iam mentionem fecimus, poenam latam fuisse contendunt. *Fabri- cius* l. c. exclusis reliquis tribus, coquum solum in partes diuisum tradit. *Albinus* et *Dresserus* uidentur ita quatuor horum suppicia dispertiri, ut duos ex his, culinae nempe farnulum, et alterum, qui non nominatur, scalasque Kauffungo, arcem Altenburgensem ascensuro, manibus suis firmasse ac fulsisse fertur, ferro ignito probe adustos, et postmodum laniatos: reliquos autem aliis modis de uita sublatos statuunt. *Lau- rentius Peccensteinius* sibi ipsi non constat, tum altero in loco hoc, altero autem aliud diuersumque proponit. Quod enim in *Theatr. Saxon.* P. III. p. 133. de qua- tuor Kauffungi sociis, capite plexis affert, id in *Wite- kindeae Familiae Prosapia.* p. 15. de sex capiendum esse scribit. *Fridericus Elector* generatim saltem, et numero et

et nominibus flagitiosorum neglectis, Conradi complices Cygneae dignam sceleribus mercedem reportasse commemorat: Vnde nihil aliud coniicere possumus, quam praeter quatuor illos, qui demum d. XXVIII. Jul. post publicatam transmissamque Electoris declarationem illic internecioni dati sunt, etiam alios, SEX quippe Moseni comites, et DVOS, cum Kauffungo in filia Protouallensi captos, (conf. *Dissert. prioris Aphor. XII. p. 57.*) Cygneae atrocitatē criminis uitae dispendio soluisse. Sic collatis rationibus duodecim morte multatos deprehendimus: quatuor autem, *Vilhelmi scilicet de Mosen et Schonfels*, cum duobus seruis ueniam consecuti, terris Misnicis, ut *Boiemas* auctore est, excesserunt, nec, quo se contulerint, unquam post haec compertum fuit. Ceterum et de his *Seth. Caluifius Op. Chron. p. 796. Gottfridi Chron. Hist. P. VI. f. 667. Anton. Weckius in Desc. Dresd. P. II. Tit. I. p. 124. etc.* quae-dam generatim saltem tradunt. Reliqua propediem dabimus.



Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!



3 0507150

